




RR4C1a





Gift of
Benedict Einarson

250




7 Jun 1877

QUAESTIONES HOMERICAÆ.

SCRIPSIT

Samuel
Adrianus
S. A. N A B E R.
||

Edidit Academia Regia disciplinarum Nederlandica.



AMSTELODAMI,
APUD C. G. V A N D E R P O S T.
1877.

PA 4037

. N 15

c. 1

Gen



Gift of Benedict Cinarson

QUAESTIONES HOMERICAE.

SCRIPSE

S. A. N A B E R.

§ 1.

Quum nuper legerem Koechlii pulcram narrationem de Godofredi Hermanni Vita et Operibus, cum alia multa animum meum adverterunt, tum illa quae inveniuntur p. 38. Ostendit ibi vir doctus Hermannum, quantumvis esset Wolfianus et haberi vellet, ante reliquos tamen omnes rectissime docuisse, tria potissimum esse, quibus Wolfius lacessitus non potuisset respondere. Primum enim non explicat, si varia carmina multorum poetarum concinnata et collecta fuerint in unum, quomodo factum sit, ut Iliadis argumentum intra paucissimorum dierum spatium contineatur; deinde causa non apparet, cur simul cum Homero illa Musa conticuerit; denique admirabile videtur Homeri carmina, spretis fere reliquorum Cyclicorum poetarum operibus, sola Graecis placuisse solaque perpetuo iis in ore fuisse. Ut autem concedam, inquit Koechlius, satis hodie responderi posse ad id quod secundo loco positum est, ultro tamen fateor neminem hucusque inventum esse, qui reliquas duas difficultates tollere atque expedire potuerit.

Reputabam mecum hoc Koechlii iudicium itidemque ea quae Madvigius disputavit in praefatione ad Nutzhornii librum, quum hisce diebus summa cum cura legebam et relegebam Volkmani *εἰσαγωγήν* ad Wolfii Prolegomena. Iam exploratum mihi est, Wolfium Prolegomenis quantumvis doctis neutiquam obtinuisse quod demonstrare voluerit. Quibus argumentis confidit, ea potissimum duo sunt:

1

primum, scribendi artem diu post Homerum in Graeciam introductam esse, deinde Pisistrati amicos collegisse carmina, quae ad eam usque aetatem sparsim circumferrentur. Ac primum quum in multum celebrata disputatione omnia cohaereant sic ut, unum argumentum postquam ei extorseris, totum laboriosum opus corruat necesse sit, ipse tamen Wolfius senior factus cecinit quasi quandam *παλινοδίαν*; postea enim in Praelectionibus disputavit sic: *Mangel an Schreibkunst und dergleichen wäre kein Grund, dass es nicht von Einem seyn könnte.* Deinde post Franzium et Rossium, quorum commentationes laudare nihil attinet, nam notae omnibus sunt, Bergkii in praeclearo libro de Historia Literarum Graecarum luculenter ostendit, nullam prorsus esse causam, cur Homerum scribendi imperitum fuisse putemus; superesse enim hodie Graecas inscriptiones, quae etiamsi Homeri aetatem fortasse non attingant, multis tamen saeculis antiquiores sint iis, quas Wolfius examinare potuerit. Quin et Boeckhii ipse, quum olim firmiter tenuisset, Graecos diutissime scribendi usum ignorasse, postea vi veritatis coactus ingenue professus est, *ὅτι ἐν τῇ γενέσει τῶν ὁμηρικῶν ἐπῶν ἡ γραφὴ ἦν γνησὴ*, quae verba sunt Mistrionis in Historia Carminum Homericorum Graece conscripta, qui ipse de tota illa quaestione haud incuriose quaesivit. Videatur quoque Nitzschius in *den Beiträgen* p. 109. Denique post Lehrsii aliorumque acutissimas disputationes absurdum iam propemodum videtur tueri velle vetustam illam sed iamdiu explosam opinionem, Pisistratum eiusque amicos aliquam praecipuam curam posuisse in utroque Homeri carmine recensendo; si quid enim Onomacritus collegit dicam an recollegit, non collegit certe Iliadem et Odysseam, sed Cyclicorum poetarum de bello Trojano carmina, quae tunc omnia eiusdem poetae, i. e. Homeri, esse perhibebantur. Omnium minime mihi persuasit Duntzerus in prima dissertatione Homerica.

Vidimus Wolfium ultro concessisse rem non confici eo argumento, quo in Prolegomenis imprimis innisus fuisset; hinc admodum dolendum est, non perfecisse eum quae inchoasset neque ostendisse, quomodo in ipsa Iliadis compositione etiam hodie non bene junctarum discordia vestigia rerum liquido appareant. Scilicet ipse sibi non satisfacisse videtur; modo enim contendebat Pisistratum ejusque amicos collegisse in unum quae propter diversam originem non fuissent contaminanda; modo verisimilius ei videbatur, tanquam ex parvo nucleo Iliadem excrevisse in eum ambitum, quem hodie habeat, neque tamen umquam suscepit demonstrare, cuiusmodi illa *πρώτη Ἰλιάς* fuerit: sic enim Graece dicere liceat quae postea Germanis *die Urilias* dicta est.

Quam provinciam Wolfius deseruerat, eam occupavit Lachmannus, qui rediit ad eam sententiam, quam Wolfius in senectute fortasse dereliquerat, sed ad quam magis inclinabat, dum Prolegomena scribebat. Lachmannus igitur, in quo exi-

mium erat ingenii acumen, in Iliade fissuras quasdam deprehendere sibi visus est et harum ope pro una Iliade dedit nobis viginti fere carmina, quae quum separatim legerentur et considerarentur, multo puleriora iudicabat esse, quam post Pisistrati et aequalium indecoram conglutinationem ad hunc usque diem quisquam potuisset suspicari.

In sequentibus de Odyssea aut pauca dicam aut nihil; non enim diffitebor me in plerisque cum Kammero consentire; sed quod ad Iliadem attinet, nondum sunt deposita certamina, quae excitavit Lachmanni audacia. Verum qui hodie in Germania praesertim Lachmanniani sunt, concedere quidem debent, quod in aprico est, τὸν καθηγεμόνα suum erravisse, quum Homericorum carminum collectionem ad Pisistrati aetatem detruderet, necdum tamen de statu dejecti sunt nec victos se esse fatentur; contendunt enim ex fissuris illis conglutinationem tamen argui, nec quidquam obstare quominus quis, si ita velit, duobus tribusve saeculis ante Pisistratum ex diversarum partium coagmentatione Iliadem prodiisse statuatur. Id tantum doleo nonnullos, quo sit ea opinio minus verisimilis, acrioribus conviciis uti solere saepiusque, ubi argumenta forte deficiant, descendere in arenam ἀρτοπωλίδων δίχην.

Quia commodum lectoribus fore suspicor, si in obscura et perplexa quaestione antequam ad meam disputationem accedant, scire tamen possint, quid ubique tenendum esse censeam, aperte dicam mihi in Iliade alia aliis videri antiquiora. Planissime agnosco partem antiquissimam, partem antiquam, partem paulo minus antiquam, partem paulo recentiorem. Haec autem omnia circa octavum ante Christum saeculum jam coaluerant in unum coque tempore utrumque carmen eam jam fere formam habebat, quae ad hunc usque diem propagata est. Omnia autem, sola antiquissima fortasse parte excepta, statim ab initio scripto consignata fuere nullaeque in ea re rhapsodorum partes sunt, quorum scilicet excellenti memoriae tantum nos debere vulgo creditur. Ex quatuor aetatibus quas dixi, quartam sive novissimam octavum fere saeculum attigisse crediderim. Praeterea, dummodo ea res mihi succedet, confirmare conabor eam sententiam, cui Wolfius senex favisse dicitur, Iliadis olim multo minorem ambitum fuisse et sensim excrevisse in tot versuum quot hodie habeamus, milia. Solo autem navium Catalogo excepto, poetae omnes τὴν πρώτην Ἰλιάδα ante oculos habuerunt eoque omnia retulerunt; hinc prorsus reiicio non tantum quae Lachmanno placuerunt, sed etiam Georgii Grotii doctrinam, qui demonstrare voluerit unum carmen effectum fuisse ex coagmentatione duorum, τῆς Ἰλιάδος καὶ τῆς Ἀχιλλείδος. Ubi-que video, dummodo Catalogum, uti dixi, exceperis, referri omnia ad iram Achillis. Nucleus fuit, qui crevit in immensum: opus nunc est demonstrare, quod haud scio an nemo hucusque cum cura susceperit, quae partes deinceps superinductae

fuerint. Indicia autem satis perspicua in Iliade inesse video, quibus appareat quomodo temporis progressu alia cum aliis deinceps fuerint contaminata. Nec desidero poeticam facultatem in iis quae postea addita fuerunt; sicuti enim in antiquissima parte admiramur inventionem et argumentum carminis, quod egregie selegit vetus poeta quisquis ille fuit, sic in reliquis, nisi quis plane frigeat ad ista, summa laude dignum est artificium eorum, qui tam bene perfecerunt quae alius inchoarat; singularum rerum descriptionibus movemur et inveniuntur quae nostros homines maxime alliciunt; habent enim gravitatem suavitate conditam. Inde potissimum factum esse existimo, ut Wolfius spe exciderit; nam quum provocasset ad summos poetas aequales, primum quidem illi assensi sunt et manus dederunt, mox autem propter universi carminis praestantiam — notum enim est quid Schillerus verbi causa judicaverit de paenultimo Iliadis libro, quem qui cognovisset, prorsus infelicem esse posse negavit — Wolfii opinionem ἐνὶ λόγῳ *barbaram* esse pronunciaverunt.

Confitendum est quod hodie negari minime potest, circa octavum saeculum Homeri carmina scripta saepiusque descripta fuisse, nec tamen magnum opinor numerum fuisse eorum, qui tacita lectione delectarentur. Quod egregie ostenderunt Nutzhornius p. 96 et Bergkius p. 8 et 486, ab initio principum tantum auribus destinata erant illa carmina, quibus celebrantur summorum virorum laudes, quibus egregia virtus iis tribuitur solum, qui divina stirpe id est regia prognati sunt, quibus de plebe homines aut silentio praetereuntur aut propter ignaviam acerbe exagitantur; quibus denique poeta detestatur τὴν πολυχοιρανίην. Quum autem vesperi carmen sive praelegeretur sive recitaretur sive cantaretur, nam id nunc non disputo, — sed equidem rationem contulerim, qua ad hunc usque diem epica carmina recitari solent apud Javanos, — pauculae horae non sufficiebant et quod uno consessu perfici non potuerat, id differebatur in diem sequentem. Habemus fidejussorem Scholiastam ad Odyss. γ 267: ἐν τε ταῖς ἑορταῖς ἐν τε ταῖς ἀναπαύσεσιν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας συλλεγόμενοι τῶν ἰοιδῶν ἤκουον, eff. Mistrionis p. 139 et Nitzschius in *den Beiträgen* p. 424. Ceterum jam mature pervenit ad omnes, quod olim principes tantum viri cognoscere potuerant, nec miror equidem plebem cupidam fuisse Phemios et Demodocos audiendi, quum videam hodie quoque universum populum delectari Anglorum fabulis Romanensibus, quas tamen nobilium auribus dixeris destinatas. Haec enim est bonarum literarum conditio: quo quodque carmen praestantius est, postquam initio paucis iisque delectis viris placuit, semper ad plures pervenit, donec tandem omnes cognoverunt ipsaque illa praestantia efficiet, ut aliquando pueris exponatur in ludo literario.

Universam quaestionem de origine Homericorum carminum pertractare non mihi

est propositum eaque tantum attigi, quae nondum a quoquam alio satis explicata esse cognovi. Si quid deesse videbitur ad operis integritatem, quum desiderentur ea quibus aegre careas, non magno opere commovebor, quum intelligam neminem opellam meam curaturum esse, quin antea Wolfiorum, Lachmannorum, Nitzschiorum, Bergkiorum, aliorum multorum doctissima opera studiose legerit et relegerit. Sed quam nihil mihi arrogem, dum cogito quam praestantes doctrina viri fuerint, qui ante me in eandem arenam descenderunt, apparere poterit ex plurali numero, quem in operis inscriptione non casu usurpavi sed consulto. Nunc pro clausula mihi erunt Dionysii verba: ἐν δὲ τοῦτο δισχυρίζομαι ὅτι οὐκ ἔστι μεγάλων ἐπιτυχεῖν ἐν οὐδενὶ τρόπῳ, μὴ τοιαῦτα τολμῶντα καὶ παραβαλλόμενον ἐν οἷς καὶ σφάλλεσθαι ἔστιν ἀναγκαῖον. Nec satis esse existimo in magnis voluisse, sed est tamen aliquid quadam tenuis prodire, etiamsi ultra non concessum sit.

§ 2.

Prudenter dictum est quod apud Strabonem legimus XII, p. 554: *μοχθηρῶ σημείῳ χρήται πᾶς ὁ ἐκ τοῦ μὴ λέγεσθαι τι ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ τὸ ἀγνοεῖσθαι ἐκεῖνο ὑπ' αὐτοῦ τεκμαιρόμενος καὶ δεῖ διὰ πλειόνων παραδειγμάτων ἐξελέγχειν αὐτὸ μοχθηρὸν ὃν πολλῶ γὰρ αὐτῶ κέχρηται πολλοί.* Concedo sane multos fuisse viros doctos qui in indaganda origine Homericorum carminum argumentis ex silentio abuterentur, sed, quod dici solet, abusus non tollit usum et Wolfium equidem sequi malo, cum p. LXXIX ita dicat: „Est haud dubie silentium quoddam nullius momenti et in neutram partem trahendum; contra aliud est argutum et ut ita dicam vocale, quod si non expugnatur diversum testantium auctoritate, vel ea, quae omnes omnium auctoritates frangit, ratione, apud prudentissimum quemque semper plurimum valuit.” Est scilicet infinita rerum multitudo, quae octavo, septimo, sexto ante Christum saeculo Graecis notissimae erant, nec tamen usquam apud poetam memorantur. Sequitur, ut opinor, praeter pauculos fortasse versus interpolatos, post octavum saeculum Homericis carminibus nihil esse additum quod sit operae pretium dicere. Sunt quaedam partes, fateor, paulo juniores, de quibus infra dicemus, sed illae interpolationes, quantumvis antiquae, arguuntur tamen eodem demonstrandi genere, cum plurima contineant novicia et discrepantia a poesi HomERICA, h. e. antiquissima. Verum nihil prorsus est in Homero quod Pisistrati aetatem redoleat. Exempla quaedam ponam quae pertinent ad partem sacram. De origine Orphicae doctrinae, quam sit vetusta, nunc certe tacere praestat, sed novimus circa Pisistrati aetatem Orphicorum studia imprimis effloruisse. Nihil tamen prorsus apud Homerum invenitur, quod ad Orphica mysteria pertineat; ne nomen quidem Orphei apud eum legitur. Cum Pisistrati aetate omnes crederent

Orpheum Homero longe esse antiquiorem, si quis Homeri carmina iis temporibus interpolasset, quantumvis fuisset doctus et accuratus, quamvis accurata doctrina in eam aetatem non cadat, non potuisset tamen cavere ab omni errore et suo se indicio nostris hominibus sine dubio prodidisset. Ne in Hesiodo quidem, qui tamen Homero haud paullo junior fuisse perhibetur, quidquam huiusmodi legitur, praeterquam de Hecates laudibus; quos tamen versus prorsus constat spurios esse, quippe multis saeculis post additos sive ab Onomacrito, sive ab alio quodam poeta Orphicorum mysteriorum studioso. Cf. Nutzhornius de Origine Hom. Poesis p. 26.

Demonstrandum genus, cuius supra dedi exemplum, multas tamen magnasque cautiones habet et periculum est, ne quis se decipi sinat, nisi attentissima cura omnia rimetur. Bekkerus v. c. in Schedis Homericis p. 127 contendit non nosse Homerum festos dies ac sollemnes, si quidem recte interpretor: *keine periodisch wiederkehrende religiöse Feier*. Utitur hoc argumento, si bene memini, nam liber nunc non est ad manus, ut ostendat esse quaedam interpolata in extrema Odyssea, ubi festum Apollinis memoratur. Itaque Bekkerus dum haec scribebat, immemor fuit eorum quae de Minerva leguntur *B* 550, quam colunt in arce

χοῦροι Ἀθηναίων περιτελλομένων ἐνιαυτῶν.

Illud verius, Homerum neque Olympica certamina nosse neque Isthmica neque ullos alios praeter ἐπιταφίους ἀγῶνας, quod vere observatur a Scholiasta *X* 164: οὐκ οἶδεν ἄλλους ἢ τοὺς ἐπιταφίους ἀγῶνας Ὀμηρος· facit hoc ad rectius interpretandum *A* 700, neque obstat Phaeacum exemplum, qui octavo Odysseae libro corpus exercent. Id quoque notandum certare omnes, juvenes pariter atque senes, ἐξωσμένους. Cf. *Ψ* 710 et *ω* 89:

ὁ τε κέν ποτ' ἀποφθιμένου βασιλῆος
ζώννυνται τε νέοι καὶ ἐπεντόνωνται ἄεθλα.

Ulysses quoque cum Iro certamen initurus, *σ* 67,

ζώσατο μὲν ῥάχεσιν περὶ μῆδεα.

Apollonius Rhodius, qui in eiusmodi rebus Homerum accuratissime imitari solet, ἐπιταφίους ἀγῶνας memoravit *α* 1060, 1304, *β* 780, *γ* 1273, *δ* 1535; neque in ea re erravit nisi *γ* 1240, ubi Isthmici ludi respiciuntur, nec debuit fortasse mysteria Samothracica memorare *α* 919.

Quod semper mihi visum est admodum memorabile, semel tantum apud Homerum occurrit simulacrum, nempe Minervae in arce Trojana, *Z* 90. Imago autem erat Minervae *sedentis*, cf. *Z* 303. Apollonius Rhodius contra, imprudens

ut videtur, βρέτας habet α 1119 et ξόανον δ 1284. Nec Schliemann signorum vestigia reperire contigit.

Quod ad ipsas sacras aedes attinet, templum Apollinis Delphici bis memoratur, semel in Iliade I 404 itidemque in Odyssea semel θ 79. Est quoque unicum in suo genere, quod Ulyssis socii, μ 386, aedem vovent. Sunt revera in unaquaque urbe plures aedes sacrae, cf. ζ 10.

Denique notabile mihi videtur, quanto opere fuerint heroes ab omni superstitione alieni. Semel omnino memoratur incantamentum, Πόμερος ἐπαοιδὴν vocat, τ 457,

ὠτειλὴν δ' Ὀδυσῆος ἀμόμονος ἀντιθέοιο
 δῆσαν ἐπιζαμένως· ἐπαοιδῆ δ' αἶμα κελαινὸν
 ἔσχεθον.

Non fugit hoc Bergkium in Historia Litt. Gr. p. 801.

Hic non me teneo quin adscribam Georgii Groti verba in Historia Graeca, II p. 170 Ed. Americ.: *The whole tenor of the poems themselves confirms what is here remarked. There is nothing either in the Iliad or Odyssey which savors of modernism, applying that term to the age of Peisistratus; nothing which brings to our view the alterations, brought about by two centuries, in the Greek language, the coined money, the habits of writing and reading, the despotisms and republican governments, the close military array, the improved construction of ships, the Amphictyonic convocations, the mutual frequentation of religious festivals, the Oriental and Egyptian veins of religion, etc., familiar to the latter epoch. These alterations Onomakritus and the other literary friends of Peisistratus, could hardly have failed to notice even without design, had they then for the first time undertaken the task of piecing together many self-existent epics into one large aggregate. Hoc igitur est illud quod Nitzschius scribit: „Quod in Iliade et Odyssea tanta cernitur morum et opinionum aequabilitas, id etiamnum documento est, Pisistrati socios multum sibi temperasse, ne suae aetatis vel sectae opiniones interpolando, immiscerent.” Sed tenendum est id quod supra dixi, totam illam de Pisistrati recensione fabulam commenticiam esse nullaque prorsus fide dignam.*

§ 3.

Hermannus Bonitzius in docta disputatione de origine Homericorum carminum p. 63, ostendit quanto opere saepe viri docti abusi sint explicationis genere, quo demonstratur aliquid esse factum *κατὰ τὸ σιωπώμενον*. Componenda quaedam videntur, ut tota rei ratio recte appareat. Faciam initium a docto scholio

ad δ 52, in quo quaeritur *διατί πρὸ μὲν τοῦ δειπνεῖν ἐνίπτοντο, μετὰ δὲ τὸ δειπνεῖν οὐκέτι*. Solutio est: *ὅταν λεγῇ χέρνιβα δ' ἀμφίπολος προχόῳ ἐπέχευε φέρουσα καλῇ χρυσεῖῃ ὑπὲρ ἀργυρέοιο λέβητος νίψασθαι φήσομεν ὅτι οὐκ εἰς τὸ νίψασθαι πρὸ τοῦ δειπνεῖν κυρίως τοῦτο εἴρηται, ἀλλὰ συλλαβῶν τὰ παρασκευαζόμενα ἐπὶ τὸ δεῖπνον λέγει, οὐκέτι τὰ κατὰ μέρος ἐπεξιών*. Scilicet multa sunt quae cogitando supplere debemus, sicuti Homerus numquam fecit *αἰρομένας τὰς τραπέζας οὐδὲ τὰ λείψανα τὰ ἐκ τοῦ συμποσίου συναγόμενα* et aqua semper ad manus erat, *ὅποτε βούλονται νίψασθαι*. Pariter descripsit poeta Pyliorum epulas nec tamen addidit quomodo domum redierint. Itidem Minerva sub Mentis specie intrat regiam et tradit hastam Telemacho neque usquam legitur profectura eam poposcisse. Dat enim Homerus iis qui audiunt *καθ' ἑαυτοὺς λογιζέσθαι τὰ ἀκόλουθα* multaque sunt apud eum ejusmodi; *οὐ γὰρ μόνον τί εἶπη ἀλλὰ καὶ τί μὴ εἶπη ἐφρόντισε*. Sic enim emendanda est vulgata lectio *ἐφρόνησε*.

Conquiram ex Iliade alia quaedam exempla. E 231 Pandarus narratur Aeneae currum conscendisse: adscribit Scholiasta: *εἶη δ' ἂν ὁ τοῦ Αἰνείου ἠνίοχος κατὰ σιωπώμενον καταβεβηκὼς, καὶ ἔξει παρ' Ὀμήρῳ πολλὰ τοιαῦτα*. Ridiculae fere tales quaestiones nostris hominibus videntur neque in aliis poetis tam putida interpretandi diligentia cuiquam probabitur.

Non minus mirifica quaestio est, E 297 ubi Aeneas de curru desiluisse dicitur *σὺν ἀσπίδι δουρί τε μακρῷ*. Undenam scutum Aeneae, si quidem arma sua Pandaro tradidit? Respondet Herodianus de sententia Ptolemaei Ascalonitae, pro pusillae rei tenuitate nimis quidem, ut mihi videtur, docte et graviter: *δῆλον ὅτι ὁ Πάνδαρος ὑπ' ἄλλου κατὰ τὸ σιωπώμενον καθώπλιζο*, atque ostendit Nestoris et Automedontis exemplo non *παραιβάτας* tantum, sed etiam *ἠνιόχους* gravem armaturam habuisse. Itaque Aeneas *εἰς τὸ μετάφρενον μετενηνόχει τὴν ἀσπίδα, εἶχε δὲ τὸ δόρυ παρακείμενον*. Quam rideret poeta quisquis ille fuit, si tam acutos interpretes cognoscere posset!

Nunc attendamus ad Z 114:

*ὄφρ' ἂν ἐγὼ βῆω προτὶ Ἴλιον ἠδὲ γέρουσιν
εἶπω βουλευτῆσι καὶ ἡμετέρης ἀλόχοισιν
δαίμοσιν ἀρήσασθαι, ὑποσχέσθαι δ' ἑκατόμβας.*

Quaeritur quidni Hector postea senatores quoque adeat. Audiamus veterem grammaticum: *νοητίον ἦτοι κατὰ τὸ σιωπώμενον κάκεινοις αὐτὸν εἰρηκέναι ἢ ὡς ἐπὶ ξρατείας καὶ παρατάξεως τοῦ πρέποντος χάριν τοῦτο προσεδεικέναι*. Quam me delectat istud *τοῦ πρέποντος χάριν!* Nunc certe *κατὰ τὸ σιωπώμενον* locum poterimus interpretari, sed optimum factu erit talia ne quaerere quidem velle. Iniqua causa Homeri est, in quo nemo fert quod in aliis poetis patienter ferunt omnes.

Pergo ad *Z* 337:

*νῦν δέ με παρειποῦσ' ἄλοχος μαλακοῖς ἐπέεσσιν
ὤρμησ' ἐς πόλεμον.*

Nunc quidem paulo utilior est Aristonici adnotatio: ἡ διπλή ὅτι οὐ κατὰ τὸ ῥητὸν παραγήοχε τὴν παραμυθίαν, δεῖ δὲ κατὰ τὸ σιωπώμενον νοῆσαι διὸ καὶ εὐρίσκεται περὶ τὰ ὄπλα ἀσχολούμενος. Ut observatio non maximi momenti sit, est tamen vera potestque adeo ea κατὰ τὸ σιωπώμενον explicatio interdum satis utiliter adhiberi.

Quaesitum est *H* 276, unde subito adsint Talthybius et Idaeus ut dirimant Aiacis et Hectoris certamen: recte ni fallor responsum fuit: διὰ τὸ τῆς νυκτὸς κατὰ ζήματα κατὰ τὸ σιωπώμενον οἱ ἡγεμόνες αὐτοὺς πέμπουσιν, verum hoc vel puer excogitare potuerat.

Non minus inepte homines quidam male seduli rogarunt de *II* 74, ubi Achilles dicit Agamemnonem et Diomedem a pugna recessisse, cur horum duorum potissimum mentio fiat. Ῥητέον οὖν, Porphyrius inquit, ὅτι Ἀγαμέμνωνος μὲν εἰκότως ἦν γὰρ ἐχθρὸς αὐτοῦ, καὶ Διομήδους δὲ διὰ λόγους ὑβριστικούς, οὓς εἰς αὐτὸν ἀπερρίφει μετὰ τὴν πρῆβειαν. Respicitur *I* 709, ad quem locum adnotatum est: ἡ διπλή ὅτι τὸν λόγον τοῦτον ἀκήκοεν κατὰ τὸ σιωπώμενον ὁ Ἀχιλλεύς.

Sequitur *P* 24, ubi Menelaus dicit se Hyperenorem occidisse,

*ὅτε μ' ὄνατο καί μ' ὑπέμεινε
καί μ' ἔφρατ' ἐν Δαναοῖσιν ἐλέγχισον πολεμιστῆν
ἔμμεναι.*

Quum nil tale legatur *Ξ* 516, ἴσως κατὰ τὸ σιωπώμενον ἐκεῖ αὐτὸν ὀνειδίσεν, quae Scholiastae verba sunt ad l. l.

Sed plus proderit nobis interdum meminisse scholii ad *Φ* 17: ἡ διπλή ὅτι ἀποτίθεται μὲν τὸ δόρυ ῥητῶς, ἀναλαμβάνει δὲ οὐ κατὰ τὸ ῥητὸν, ἀλλ' ὑξερὸν (67) αὐτῷ φαίνεται χρώμενος. Quorsum hoc pertineat, Aristonicus itidem explicavit; addit enim: ἡ δ' ἀναφορὰ πρὸς Ζηνόδοτον, ἀγνοοῦντα ὅτι πολλὰ δεῖ προσδέχεσθαι κατὰ τὸ σιωπώμενον ἐνεργούμενα. Respicitur *II* 431—461, quam pericopen Zenodotus eiecerat, qua de re Duntzerum vide in libro de Zenodoto p. 170. Nos locum infra examinabimus.

Possum addere alios locos. *Γ* 380, verbi causa, Menelaus recuperat hastam suam κατὰ τὸ σιωπώμενον, si quidem illa Alexandrinorum formula uti placet, ut curiosorum hominum ineptias retundas. Ecce exemplum. Praeco Idaeus, *Γ* 249, rogat Priamum regem ut in campum descendat ad foedus ferien-

dum. Sunt qui hoc ita interpretentur: credibile est Idaeum, postquam rebus in urbe peractis pervenisset ad portam Scaeam, *κατὰ τὸ σιωπώμενον* adscendisse in turrim. Deinde, pauculis versibus interjectis, jubet Priamus equos curru jungi et mox proficiscitur extra urbem. Conjecimus, inquit, currum ex Priami regia petendum fuisse neque hoc omissum oportuit, *was man freilich direct erwähnt finden möchte*. Praeterea facile intellectu est Priamum, ut currum conscendat, de turri debuisse descendere. *Leichter versteht sich in Vers 261 hinzu, dass Priamus, um den Wagen zu besteigen, vom Thurm herabsteigt*. Ne ego quidem eum expansis alis devolasse in terram crediderim. Ceterum quid dicam nescio, nisi illud fortasse eiusdemmodi adnotationes non tironum sed *νηπίων* in gratiam conscriptas videri. Cf. praeterea Mistriotis l. l. p. 301 et Duntzer., Diss. Hom. p. 50. Sed hoc hodie saeculum est. Benickenius in disputatione de tertio libro Iliadis p. 31 contendit in epica poesi requiri, *dass es den Hörern nach keiner Seite hin überlassen werde, zu dem gesagten sich etwas durch eigene Reflexion hinzuzudenken*. Secundum eam legem in epico carmine taedium non devorabis, si quidem *le secret d'ennuyer c'est celui de tout dire*. Utinam Lachmannus, qui talia improbare solebat, vide p. 28 disputationis de Iliade, discipulorum superstitionem videre et castigare potuisset! Vidi qui serio contenderet de epico poeta: *Seine Individualität hat nichts mit dem Gedichte zu thun*. Scilicet *αὐτὴ νῦν ἡ σοφία ζῆ*. *Der Dichter hat die Sage zu singen, wie sie ihm überliefert ist, also darf er, was er ohne motivierung empfängt, nicht aus seinem Kopfe motivieren*. Sed commenta ista sunt, quae nullo fundamento nituntur et satius est oblivioni tradere tam absurde excogitata.

Sequuntur loci quidam revera difficiles, quos nunc simpliciter notabimus, postea ut iis utamur. Scilicet immortales dii saepius incredibili modo *κατὰ τὸ σιωπώμενον* locum mutant. Minerva, v. c., *E* 209 pugnae interest in campo Trojano, sed vs. 418 coll. vs. 510, apparet eam rediisse in coelum; quando et quomodo eo redierit, non indicatur. Contra *O* 355 Apollo de improvise adest, uti et Minerva *O* 668, qua de re confer Scholia. Juno *O* 79 ex Ida in Olympum proficiscitur et tamen *II* 431—461 describitur colloquium Jovis et Junonis in monte Ida. Haec causa fuit Zenodoto cur totum locum eiiceret, qua de re Aristarchi iudicium ex Aristonici adnotatione novimus: *ἡ διπλῆ περιεξιμένη, ὅτι Ζηνόδοτος καθόλου περιγράφει τὴν ὁμιλίαν τοῦ Διὸς καὶ τῆς Ἥρας, οὐκ αἰσθόμενος ὅτι πολλὰ κατὰ συμπέρασμα λέγει ὁ ποιητὴς σιωπωμένως γεγονότα καὶ οὐδέον ἐπιζητεῖν πῶς ἢ μικρὸν ἔμπροσθεν ἐπὶ τὸν Ὀλυμπον παρακεχωρηκῶν νῦν ἐπὶ τῆς Ἰδῆς εἰσίν*. Eadem de causa Zenodotus ferre non potuit *II* 666, ubi *κατὰ τὸ σιωπώμενον* Apollo in Ida monte adesse dicitur. Scribit Aristonicus: *ἡ διπλῆ περιεξιμένη, ὅτι Ζηνόδοτος καὶ ἐνταῦθα διεσκέυαζε γράφων καὶ*

τότ' ἄρ' ἔξ "Ιδης προσέφη Ζεὺς ὄν φίλον υἷόν, ἴν' ἐκ τῆς "Ιδης προσφανῆ
τὸν ἐν τῷ πεδίῳ Ἀπόλλωνα. γελοῖον δὲ τὸ κραυγάζειν ἀπὸ τῆς "Ιδης τὸν Δία
οὐ νενόηκεν οὖν ὅτι τὰ τοιαῦτα κατὰ τὸ σιωπώμενον ἐνεργούμενα δεῖ παρα-
δέχεσθαι, καθάπερ ἐν τοῖς ἐπάνω περὶ τῆς "Ηρας. Itidem sustulit Zenodotus
versum 677, τηρῶν τὸ σύμφωνον ἑαυτῷ. Denique de colloquio Junonis et Jovis,
quod refertur libro Σ, confer vs. 356: ἡ διπλῆ ὅτι κατὰ τὸ σιωπώμενον ἔξ
"Ιδης εἰς "Ολυμπον γέγονεν ὁ Ζεὺς καὶ οὐ ξενισέον, ὅταν λέγη κατὰ συμπέρασμα,
quibus adde longam Porphyrii adnotationem.

Redeo ad scholium unde feci initium. Scribit grammaticus numquam Homerum
facere αἰρομένας τὰς τραπέζας. Itaque fortasse in suo codice non invenit Ω 476:

ἦρως Ἀὐτομέδων τε καὶ "Αλκιμος ὄζος "Αρης
ποιπνυον παρεόντε, νέον δ' ἀπέληγεν ἐδωδῆς
ἔσθων καὶ πίνων· ἔτι καὶ παρέκειτο τραπέζα,

quae est ἔμμετρος λαλιά secundum Scholiastam.

§ 4.

Scribit Aristoteles Metaphys. 14, 6 de veteribus Homeri studiosis, eos μικρὰς
μὲν ὁμοιότητος ὄραν, μεγάλας δὲ παρορᾶν. Quam vere ita iudicet, difficile est
dictu neque id sane efficitur a Sengebuschio in priore Dissertatione HomERICA,
p. 207. Sed vide mihi quam recte olim dictum sit tempora mutari: qui hodie
de Homero disputare solent, in Germania praesertim, dum vitium vitant ab Aris-
totele notatum, currunt in contrarium. Plerique dum de Pylaemene quaerunt
num reviviscere potuerit multaue alia ejusmodi minuta curiose pervestigant,
nimis saepe τὰς μὲν μικρὰς ἀνομοιότητος ὀρῶσι, τὰς δὲ μεγάλας ὁμοιότητος
παρορῶσιν. Quod v. c. innumeris locis confirmatur, quos ante decem annos Al-
bertus Fulda examinavit, cuius tamen commentationem inspicere non potui, ani-
mum hominis non in cerebro Homerus collocavit, sed circa praecordia. Appellat
aliquoties τὸν ἐγκέφαλον, quippe cuius vulnera letalia esse novit, nec tamen
cerebrum secundum Homerum, sicuti apud Platonem legimus, τὰς αἰσθήσεις
παρέχει τοῦ ἀκούειν καὶ ὄραν καὶ ὀσφραίνεσθαι. Sequitur in utroque carmine
omnia fere ad eandem aetatem referri nec quidquam novicium iis fuisse admix-
tum. Infinitis locis invenimus τὸν θυμὸν, τὸ κῆρ, τὰς φρένας neque opus est
pluribus dicere de re, quam ex Homeri lectione unusquisque meminit. Unum
tamen versiculum laudabo, I 362, de Polyphemo temulento:

αὐτὰρ ἐπεὶ Κύκλωπα περὶ φρένας ἤλυθε οἶνος.

Reliquis tamen Graecis, uti et nobis, vinum *τραπέσθαι* videtur *εἰς τὴν κεφαλὴν*, neque Homerus intellexisset quid sibi vellet Alexis, dum contenderet caupones vinum vendere aqua dilutum,

*τῶν ὄνουμένων·
προνοουμένους τοῦ τὰς κεφαλὰς ὑγιεῖς ἔχειν
ἐκ κραιπάλης.*

Hoc quoque peculiare est et ab reliquis Graecis alienum, simul cum sanguine animum ex corpore per vulnus effluere, v. c. Ξ 418:

*ψυχὴ δὲ κατ' οὐταμένην ὠτειλὴν
ἔσσυτ' ἐπειγομένη.*

Ducit eodem quae traduntur de parricidis, de quorum satisfactione, quam Homerus *ποινήν* appellat, omnia nota; sed vide quam libere exsules profiteantur, se in patria civem quendam suum interfecisse. In colloquio cum Minerva, ν 257, mentitur Ulysses se per insidias interfecisse Idomenei filium:

φεύγω ἐπεὶ φίλον νῆα κατέκτανον Ἴδομενῆος.

Eumaei verba sunt, ξ 380,

*ἔξ οὗ δὴ μ' Αἰτωλὸς ἀνὴρ ἐξήπαφε μύθῳ,
ὅς ῥ' ἄνδρα κτείνασ, πολλὴν ἐπὶ γαῖαν ἀληθεῖς,
ἦλυθ' ἐμὰ πρὸς δώματ', ἐγὼ δέ μιν ἀμφραγάπαζον.*

Libere quoque Theoclymenus ad Telemachum, σ 273,

οὕτω τοι καὶ ἐγὼν ἐκ πατρίδος ἄνδρα κατακτάς.

Haec inter sese omnia conveniunt, sed diversi mores sunt, quos Arctinus descripsit ἐν τῇ *Αἰθιοπίδι*. Mercatura excepta, dixeris hanc solam fuisse peregrinandi causam, cf. N 695, O 335, 432, Π 573, Ψ 86, Ω 481, σ 224, ψ 118, si quis caedem perpetrasset. Cf. Grotii Hist. Gr. II p. 89 sqq.

Juvat obiter quaedam addere de vulnerum varietatibus in Iliade; nam quod vere scribit Bergkiius p. 828 ea quoque in re Homerum summum fuisse artificem, id quam recte dicatur, non satis poterit apparere, nisi quae sunt de hoc argumento omnia in unum contuleris. Singulas corporis humani partes, quae apud Homerum sive vulnerantur sive abscinduntur, recensebo, initio facto a capitis vulneribus. A 351 *ἄκρην καὶ κόρυθα*, A 459, Z 9, N 614, Π 337 *κόρυθος φάλον*, N 536 *κόρυθος κύμβαχον ἀκρότατον*, M 384 *τετράφαλον κυνέην*, M 183, P 294 *κυνέης διὰ χαλκοπαρήου*, A 261 *κάρη ἀπέκοψε*, Π 578 *κεφαλὴν*, Π 412, Υ 387, 475 *μέσσην καὶ κεφαλὴν*, A 502, N 576 *κόρυσην*, Υ 397 *κατὰ*

κρόταφον, *A* 460 *μέτωπον*, *A* 95, *II* 739 *μετώπιον*, *O* 433 *ὑπὲρ οὐατος*, *Y* 473 *κατ' οὐς*, *A* 109 *παρὰ οὐς*, *N* 177, *II* 339 *ὑπ' οὐατος*, *N* 671, *II* 606, *P* 617 *ὑπὸ γναθμοῖο καὶ οὐατος*, *II* 405 *γναθμὸν δεξιτερόν*, *E* 291 *ρίνα παρ' ὀφθαλμόν*, *Ξ* 493 *ὑπ' ὀφρύος*, *II* 345 *κατὰ σόμα*, *N* 542 *λαιμόν*, *N* 388 *λαιμόν ὑπ' ἀνθρεῶνα*, *E* 73 *κεφαλῆς κατὰ ἰνίον*, *H* 12, 262, *A* 240, *O* 451, *II* 332, 339, 587, *Y* 481, *Φ* 406 *αὐχένα*, *Φ* 117 *παρ' αὐχένα*, *E* 657, *K* 455, *Ξ* 497, *Y* 455 *αὐχένα μέσσον*, *Ξ* 465 *κεφαλῆς τε καὶ αὐχένος ἐν συνοχμῶ νείατον ἀσπράγαλον*, *P* 47 *κατὰ σομάχοιο θέμεθλα*, *A* 528, *Y* 486 *ἐν πνεύμονι*, *X* 324 *ἢ κληίδες ἀπ' ὤμων αὐχέν' ἔχουσιν*, *λαυκανίην*, *E* 579, *Φ* 117 *κατὰ κληίδα*, *P* 309 *ὑπὸ κληίδα μέσση*, *E* 146 *κληίδα παρ' ὤμον*, *E* 80, *H* 16, *A* 421, *O* 541, *II* 323, *P* 598, *ὤμον*, *N* 519 *δι' ὤμου*, *O* 341 *νείατον ὤμον*, *Θ* 325 *παρ' ὤμον*, *E* 46, 98, *A* 507, *Ξ* 450, *II* 289, 343, 468 *κατὰ δεξιὸν ὤμον*, *E* 582 *ἀγκῶνα μέσον*, *Y* 478 *τένοντες ἀγκῶνος*, *M* 389, *N* 529 *βραχίονα*, *A* 146 *χειρας καὶ αὐχένα ἀποκόψας*, *N* 593 *χειρα*, *A* 252 *κατὰ χεῖρα μέσση*, *E* 336 *ἄκρην χεῖρα*, *P* 601 *χεῖρ' ἐπὶ καρπῶ*, *Φ* 166 *χειρὸς δεξιτερῆς*, *M* 401, *Ξ* 404 *τελαμῶνα*, *II* 312, 400, *A* 528 *ζέρονον*, *Ξ* 412 *σηθος*, *N* 438, *II* 597 *σηθος μέσον*, *O* 650 *σηθεῖ δ' ἐν δόρυ πῆξε*, *A* 144 *πρὸς σηθος*, *Φ* 424 *πρὸς σήθεα*, *Θ* 303, *N* 186, 586, *O* 420, *P* 606 *κατὰ σηθος*, *A* 480, *Θ* 121, 313, *O* 577, *P* 606 *σηθος παρὰ μαζόν*, *A* 321 *κατὰ μαζόν*, *E* 19 *σηθος μεταμάζιον*, *E* 145, *A* 528, *A* 108 *ὑπὲρ μαζοῖο*, *Y* 414 *νῶτα*, *N* 546 *φλέβα*, *ἦτ' ἀνὰ νῶτα θέει*, *E* 56, *Θ* 258, *A* 447, *II* 791, *Y* 402, 488 *μετάφρενον*, *M* 189, *P* 578 *κατὰ ζωσῆρα*, *E* 305, *A* 339 *κατ' ἰσχίον*, *Z* 64, *Ξ* 447, 517 *κατὰ λαπάρην*, *II* 318 *λαπάρης διήλασε*, *A* 468 *πλευρά*, *A* 437 *ἀπὸ πλευρῶν χροά ἐργαθεν*, *A* 519, *N* 412, *P* 349 *ἦπαρ ὑπὸ πραπίδων*, *Y* 469 *καθ' ἦπαρ*, *II* 481 *ἐνθα φρένες ἔρχεται*, *II* 308 *μηρόν*, *E* 660 *μηρόν ἀρισερόν*, *A* 584 *μηρόν δεξιόν*, *N* 506, *P* 313, *A* 531 *γαστέρα μέσση*, *N* 372, 398 *μέση ἐν γαστέρι*, *A* 525 *παρ' ὀμφαλόν*, *Φ* 180 *γαστέρα παρ' ὀμφαλόν*, *A* 424 *κατὰ πρότμησιν*, *E* 539, 616, *P* 519 *νειαίρη ἐν γαστέρι*, *II* 465 *νειαίραν κατὰ γαστέρα*, *E* 857, *A* 381, *II* 821 *νείατον ἐς γενεῶνα*, *N* 568 *αἰδοίων μεσσηγὺ καὶ ὀμφαλοῦ*, *E* 66, *N* 651 *γλουτόν κατὰ δεξιόν*, *A* 492 *βουβῶνα*, *A* 259 *ὑπ' ἀσπίδος*, *II* 314 *πρυμνόν σκέλος*, *N* 212 *κατ' ἰγνύην*, *Φ* 591 *κνήμην ὑπὸ γούνατος*, *A* 518 *παρὰ σφυρόν κνήμην δεξιτερῆν*, *A* 377 *ταρσὸν δεξιτεροῖο ποδός*. — Nominatim occiduntur in *Piade Graeci* LIII, *Trojani* vero CLXXXIX; hinc imprimis apparet quam sit fere incredibilis ea vulnerum varietas, nam quae supra recensui, sunt fere nonaginta numero. Ferrara exempla sunt duorum triumve heroum, qui prorsus eadem ratione occumbunt. Impense admiror poetam, qui etiam in minutis rebus semper se accuratissimum praestiterit. Cf. Buchholz, *Hom. Real.* I 2, p. 73 sqq.

Inspiciamus nunc Adamantii testimonium in Physiogn. II 24: *Εἰ δέ τιςι τὸ Ἑλληνικὸν καὶ Ἰωνικὸν γένος ἐφυλάχθη καθαρῶς, οὗτοί εἰσιν ἀντάρκως μεγάλοι ἄνδρες, εὐρύτεροι, ὄρθιοι, εὐπαγεῖς, λευκότεροι τὴν χροάν, ξανθοί.* Quod scribit Adamantius, id ignorare non potuit, quamvis quinto post Christum saeculo vixerit; hinc gratus utor Bergkii doctrina qui locum mihi commodavit, et suspicor, quod fortasse aliunde poterit confirmari, apud Iones rufum colorem paulo minus rarum fuisse quam apud Achaeos et Acolenses. Huc referam Ionis patrem *Ξοῦθον* dici itidemque Pelasgi rufi erant, quod Aegyptiorum testimoniis constat. Athenis certe postea multi rufi, multae rufae eumque colorem mulieres se decere putabant. Verba sunt Menandri ap. Clem. Alex. Paedag. III 2, p. 93:

*νῦν δ' ἔρρ' ἀπ' οἴκων, τὴν γυναῖκα γὰρ
τὴν σῶφρον' οὐ δεῖ τὰς τρίχας ξανθὰς ποιεῖν.*

Idem ostendunt Plautinae comoediae. Alexander quoque Magnus rufus fuit, uti et Ptolemaei, Berenice certe, quod ex Catullo constat; itaque Apollonius Rhodius Medeam *ξανθὴν* facit γ 829, *ξανθὸν* Iasonem γ 1017, δ 172, *ξανθούς* denique Argonautas omnes β 159, δ 1303.

Apud Homerum Ulysses niger est: *ἄψ δὲ μελαγχροῖης γένετο* legimus π 175. Quod autem legitur ν 399: *ξανθὰς δ' ἐκ κεφαλῆς ὀλέσω τρίχας*, qui versus iteratur vs. 431, hoc quoque argumento uti possis ad ostendendum, eam pericopen interpolatam esse, qua de re Kammerum vide; non enim Nitzschius satisfacit in *der Sagenpoesie* p. 183. Eodem modo plerique omnes heroes, cum maximam partem Achaei sint, *μέλανες* sunt sive *nigri*; sunt paucissimi apud eos *ξανθοί* sive *rufi*: nempe diserte dicuntur hoc fuisse colore Achilles, Meleager, Menelaus, Rhadamanthys et Agamede Α 740. Quod rufi sunt Achilles et Menelaus, indicio est eum colorem in regibus imprimis decorum visum fuisse. Ducunt eodem senis verba in Euripidis Electra, vs. 512:

*πυρᾶς δ' ἐπ' αὐτῆς οἷν μελάγχριμον πόκῳ
σφάγιον ἔσειδον αἷμά τ' οὐ πάλαι χυθὲν
ξανθῆς τε χαιτίης βοσρύχους κεκαρμένους.
κάθ' αὐμάσ', ὦ παῖ, τίς ποτ' ἀνθρώπων ἔτλη
πρὸς τύμβον ἔλθεῖν· οὐ γὰρ Ἀργείων γε τις
ἄλλ' ἦλθ' ἴσως που σὸς κασίγνητος λαθρα·
σέψαι δὲ χαιτήν προστιθεῖσα σῆ κόμη,
εἰ χρωμα ταὐτὸ κουρίμης ἔσαι τριχός·
φιλεῖ γὰρ αἷμα ταὐτὸν οἷς ἂν ἦ πατρός,
τὰ πόλλ' ὁμοια σώματος πεφυκέναι.*

Quod in sequentibus Euripides Aeschylum irridet, id nihil ad nos; illud apparet rufos fuisse Menelaum, Electram, Orestem. In Atridis ipse color indicium erat regiae stirpis. Facit hoc ad plenam intelligentiam Aeschyli *Χορηγόρων*, in qua fabula sunt Orestis ad sororem verba vs. 230:

σκέψαι τομῇ προσθεῖσα βόσρυχον τριχός.

Quum reliqui omnes Mycenis nigri essent, apparet Aeschylum admodum convenienter adumbrasse, quod hucusque plerisque absurde excogitatum esse videbatur. Et nunc videmus ipsam etiam Clytaemnestram rufam fuisse propter vs. 189. Postea etiam Iones, quod Adamantii testimonio constat, facti nigriores; nec mirum, si quidem vere ostendit Hehnus in rerum natura omnia sensim nigrescere.

Quod supra dixi Trojanos in Iliade interfici CLXXXIX, Graecos vero LIII, addam quod haud scio an utilitatem aliquam habere possit. Patroclus interficit Trojanos XXVII, Achilles XXIV, Diomedes XVIII, Ulysses totidem, Ajax Telamonius XV, Teucer totidem, Agamemnon XIII, Antilochus IX atque sic deinceps. Contra interficiuntur Graeci ab Hectore XXVI, ab Aenea VI, a Polydamante V, a Paride III, ab Agenore, Glaucō et Deiphobo bini, reliqui singuli a singulis. Unus solus est quem immortalis deus obtruncat, Mars Acamantem. Inter eos autem quos recensui, multi sunt cognomines, nempe XXVIII. Trojani *δμώνυμοι* cadunt, *Ἀκάμας*, *Ἀπισάων*, *Ἐρύμας*, *Ἐχελος*, *Δαόγονος*, *Μούλιος*, *Μύδων*, *Ὀρμενος*, *Ὀφελέξης*, *Πείσανδρος*, *Πυλάργης* quin etiam terni cognomines sunt hi quattuor: *Ἄδρησος*, *Θόων*, *Μελάνιππος*, *Χρομῖος*. Graeci cognomines non sunt nisi *Σχεδίοι*, qui cadunt *O* 515 et *P* 306. Denique Trojani et Graeci cognomines sunt *Ἀγέλαος* (*O* 257, *A* 302), *Ἀυτόνοος*, *Δόλοψ*, *Ἐχίος*, *Κοίρανος*, *Οἰνόμαος*, *Ὀρέξης*, *Ὀρσίλοχος* (*O* 274, *E* 542), *Ὀφελτιος*, *Περιφήτης*, *Τληπόλεμος*, *Υψηῆωρ*.

§ 5.

In constituenda historia belli Trojani quum pleraque omnibus nota sint, supersunt tamen quae utiliter possint componi in unum. Quo tempore rixae ortae sunt inter utrumque ducem, jam per decem annos Graeci moenia obsederant necdum tamen urbis ipsius fecerant oppugnationem, nam praeter agrorum vastationem nihil egerant et Trojani per tot annos non ausi fuerant urbe exire, cf. *B* 799, *I* 353. Itaque solus inter omnes duces hoc spatio Protesilaus interfectus est necdum Trojani Graecorum duces bene norunt. Hinc minime absurdum est, tertio libro Priamum eorum nomina Helenam rogare et conveniunt Pandari verba *E* 181.

Regnum Priami late extenditur, quod apparet Ω 544:

καὶ σὲ γέρον τὸ πρὶν μὲν ἀκούομεν ὄλβιον εἶναι
 ὅσσον Λέσβος ἄνω Μάκαρος πόλις ἔνδον ἔεργει
 καὶ Φρυγίη καθύπερθε καὶ Ἑλλήσποντος ἀπείρων,
 τῶν σε γέρον, πλούτῳ τε καὶ υἰάσι φρασί κεκάσθαι.

Hinc bellum per tot annos una urbs sustentare potuit, nam identidem novae copiae subveniebant auxilio, ἀμοιβοί, N 793. vid. Buchholzii cosmogr. Homer. p. 306.

Duces gravem fere armaturam habent, sed gregarii milites lapides et sagittas mittunt, v. c. Γ 80:

ιοῖσιν τε τιτυσκόμενοι λάεσσι τ' ἔβαλλον.

Sunt funditores apud utrosque, nam de Heleno legimus, N 600:

αὐτὴν δὲ ξυνέδησεν ἐνσφραεῖ οἶδς ἀώτῳ,
 σφενδόνη, ἣν ἄρα οἱ Θεράπων ἔχε ποιμένι λαῶν,

et de militibus Aiacis Oilei locus est N 714:

οὐ γὰρ ἔχον κόρυθας χαλκῆρας ἵπποδασείας,
 οὐδ' ἔχον ἀσπίδας εὐκύκλους καὶ μείλινα δοῦρα,
 ἀλλ' ἄρα τόξοισιν καὶ ἐνσφραφῶ οἶδς ἀώτῳ
 Ἴλιον εἰς ἅμ' ἔποντο.

Itidem II 773:

πολλὰ δὲ Κεβριόνην ἄμφ' ὄξεα δοῦρ' ἐπεπήγει,
 ἰοί τε πτερόεντες ἀπὸ νευρῆφι θορόντες·
 πολλὰ δὲ χερμάδια μεγάλ' ἀσπίδας ἐσφραλίξεν
 μαρναμένων ἄμφ' αὐτόν.

Bis tantum secures memorantur, N 612, O 711. Sed exceptis sagittariis et funditoribus reliqui gregarii milites hastas habebant, quod ostendet I 86, ἐκατὸν δὲ ἐκάσῳ

κοῦροι ἅμα σείχον, δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες.

Tempore Trojani belli jam rarior usus arcus, qui olim creberrimus fuerat; ad Trojam duo tantum Graecorum duces arcu armati, Meriones et Teucer, tres Trojani Pandarus, Paris et Helenus. Difficile opinor dictu foret, quidni Teucer ipse suum arcum ferat, M 372 τοῖς δ' ἅμα Πανδίων Τεύκρου φέρε καμπύλα τόξα.

Per decem annos Graeci occupati fuerant in copiis parandis, nam viginti annos

Helena patria abfuit, Ω 765. Quomodo autem bellum per tot annos duci potuit, si verum est quod Aristonicus scribit ad K 45: ἡ διπλή ὅτι ὁ Ζεὺς φανερώς ἐβοήθει τοῖς Ἕλλησι πρὶν ἰκετευθῆναι ὑπὸ τῆς Θέτιδος? Quomodo alibi dici potuit amasse Trojanos, A 46, I 419? Sunt etiam loci quibus Jupiter neutris favere velle videtur, A 512, 521. Scilicet ea omnia pendent ex persona loquentis. Fabulae de bello Trojano ὑπόκειται, statim ab initio vetuisse Jovem, ne qui deus sese certamini immisceret; hinc fit ut inodo his bene cupere videatur, modo illis. Indignatur v. c. Juno, A 521:

ἦ δὲ καὶ αὐτὸς μ' αἰὲν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν
νεικεῖ, καὶ τέ μέ φησι μάχη Τρώεσσιν ἀρήγειν.

Amat enim Jupiter Trojanos, sed contra fatum urbem servare nequaquam potest, A 46:

αἶ γὰρ ὑπ' ἡελίῳ τε καὶ οὐρανῷ ἀσερόεντι
ναιετάουσι πόλεις ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
τάων μοι περὶ κῆρι τίεσκετο Ἴλιος ἱρή.

Quia haec est fabulae hypothesis, non necesse est Jovem in Iliade disertis verbis imperare, ut omnes dii deaeque omnes pugna abstinere velint; jam enim per decem annos consilio tantum, quod semper omnibus licitum fuit, modo hos modo illos adjuverant, frementibus Junone et Minerva, sed frustra. De hoc argumento pluribus videbimus sequenti paragrapho.

§ 6.

Quia multi fuerunt, qui Wolfium secuti crebris apud Homerum τερατολογίαις uterentur, ut ostenderent qua ratione recentiora ab antiquioribus distinguerentur, qua de re conferri poterit prudens Nutzhornii judicium p. 122, antequam infra ad ipsam rem veniam, non alienum mihi videtur omnes locos indicare qui de hoc argumento in Iliade inveniuntur.

Admodum memorabile semper mihi visum est, cum antiquissima sit de Prometheo fabula, quippe cuius origo ex India repetatur, nusquam tamen eius Homerum facere mentionem; neque Bergkii, qui hoc argumentum attigit in Hist. Litter. Gr. p. 994, neque Nitzschii in den Beiträgen, p. 133 rem usquequaque expedit. Praeterea non est negligendum Homerum de Hercule pauca tradere, cf. Lehrs. Aristarch. p. 185 unumque solum ex laboribus eius memorare, nimirum Cerberum ex inferis abductum, Θ 367. Tenendum hoc erit, quum infra quaeremus de octavi libri origine.

Sanatur vulnus Aeneae, *E* 448:

ἦτοι τὸν Ἀητώ τε καὶ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα
ἐν μεγάλῳ ἀδύτῳ ἀκείοντό τε κύνδαινον τε,

uti et Hectoris *O* 262, ubi Apollo dicitur ἐμπνεῦσαι μένος μέγα ποιμένι λαῶν.
Idem Glaucum reficit *II* 528:

ὧς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων
αὐτίκα παῦσ' ὀδύνας, ἀπὸ δ' ἔλκεος ἀργαλέοιο
αἷμα μέλαν τέρσηνε, μένος δέ οἱ ἔμβαλε θυμῷ.

E Graecis solus Diomedes sanatur, *E* 122:

ὧς ἔφατ' εὐχόμενος τοῦ δ' ἔκλυε Παλλὰς Ἀθήνη,
γυῖα δ' ἔθηκεν ἐλαφρά, πόδας καὶ χεῖρας ὑπερθεύειν,

verum quinto die post iterum sauciatus neque ipse reficitur, neque Agamemnon, neque Ulysses, neque quisquam alius. Praeterea notandum eundem illum Diomedem, quem sanasset Minerva, paulo post tamen describi, vs. 795,

ἔλκος ἀναψύχοντα, τό μιν βάλε Πάνδαρος ἰῶ.

Possunt tamen haec quodammodo in concordiam redigi, si quidem intelligere debemus, deos non adeo sanasse vulnera, sed animum addidisse ducibus, ut propter pugnae ardorem vulneris et doloris immemores fierent, quod cadit in omnes, uno excepto Aenea, qui dea prognatus erat et peculiari quodam immortalium favore dignus potuit videri.

Difficilius multo est ad explicandum quod de Sarpedone legimus. Vulneratur a Tlepolemo Rhodiorum rege *E* 660:

Τληπόλεμος δ' ἄρα μηδὸν ἀριστερόν ἔγχεϊ μακρῷ
βεβλήκειν αἰχμῇ δὲ διέσσυτο μαιμώωσα
ὄσῳ ἔγχριμφοθεῖσα πατήρ δ' ἔτι λοιγὸν ἄμυνεν.

Letale vulnus hoc fuit et legimus, *E* 696:

τὸν δ' ἔλιπε ψυχῆ, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλὺς.

Idem tamen ille Sarpedon quattuor diebus post multa fortia facta edidisse narratur. Inde minime inepta nascitur suspicio, certamen Sarpedonis et Tlepolemi postea quinto libro additum fuisse; necdum Graeci coloni tempore Trojani belli Rhodum insulam occuparant. Itaque probabilis conjectura est, quidquid de Rhodiis legatur tum quinto libro de morte Tlepolemi, tum secundo libro in navium catalogo, id postea demum additum fuisse, cum priscae vates eiusque aequales

scirent omnes et memoria tenerent, post reditum demum Heraclidarum Graecos colonos in oram Asiae Minoris profectos esse. Verum nunc quoque tenebo, quod ubique alias, eiusmodi interpolationes octavo ante Christum saeculo esse antiquiores. Sunt de ea re Bergkii quaedam observationes minime ineptae. Addo hoc esse unicum in tota Iliade exemplum certaminis, in quo uterque bellator occumbit.

Ecce alia difficultas non minor. Possunt dii in Olympo commode adspicere pugnam in campo Trojano. Repraesentantur dii in Olympo, *A* 4, *Τρώων πόλιν εἰσορόωντες*. Juno videt fratrem suum in campo Trojano, Graecos adhortantem, *ἔασ' ἐξ Οὐλύμποιο ἀπὸ ῥίου*, ut est *Ξ* 153. Ipsius Jovis verba sunt, *Υ* 23:

*ἀλλ' ἦτοι μὲν ἐγὼ μενέω πτυχὶ Οὐλύμποιο
ἦμενος, ἔνθ' ὀρόων φρένα τέρψομαι.*

Cur igitur ille idem *Θ* 47 et *A* 183 Idam montem eligit, ut pugnam adspiciat?

Sed ut appareat, quomodo dii apud Homerum se humanis rebus immisceant, omnia ponam sub uno conspectu.

A 44. Apollo descendit de Olympo ut pestem mittat.

195—221. Colloquium Minervae cum Achille.

356—428. Congressus Thetidis cum filio.

495—531. Thetis intercedit pro filio apud Jovem.

533 — fin. Deorum concilium.

B 8—35. "*Ονειρος* missus ad Agamemnonem.

167. Suadente Junone Minerva descendit in campum.

280. Minerva adest in concione *εἰδομένη κήρουσι*.

446. Convocatur populus opem ferente Minerva.

482. Jupiter favet Agamemnoni redditque eum ceteris excellentiorem.

786. Mittit Jupiter Iridem ad Trojanos, quae nunciet Graecos copias in aciem eduxisse. — 807.

Γ 121—138. Iris Helenam domo evocat.

380—424. Venus servat Alexandrum. Helenam eadem ducit domum.

A 1—104. Deorum concio de foedere inter Graecos et Trojanos. Communi consensu Minerva mittitur ad Trojanos, ut Pandarum incitet ad foedus violandum.

128. Minerva servat Menelaum.

439. In pugna Mars Trojanis, Minerva Graecis adest.

E 23. Vulcanus servat Idaeum.

30. Metu Jovis Minerva et Mars secedunt e pugna.

121—133. Minerva auxilium fert Diomedem.

291. Iterum Minerva ei auxilio advenit.

312. Venus opem fert Aeneae et vulneratur.
 365. Venus et Iris in Martis curru redeunt in coelum.
 417. Venus sanatur. Colloquuntur Jupiter, Juno et Minerva, nec tamen apparet quando Minerva in coelum redierit.
 433. Apollo opem fert Aeneae.
 454. Apollo Martem contra Diomedem incitat.
 711. Juno et Minerva Graecis opem ferre cupiunt. Rogant Jovem veniam, ut sibi Martem ex pugna abigere liceat.
 793. Data venia, Minerva incitat Diomedem.
 859. Mars vulneratur et abit e pugna, 867.
 907. Redeunt domum Juno et Minerva.
- H* 17. Descendit Minerva ex Olympo. Fit ei obviam Apollo, qui Trojae in arce erat. Deliberant de certamine singulari, — 43.
 443—464. Concilio deorum de muro, quo Graeci castra circumdederant.
- Θ* 1. Deorum concilium. Nunc demum vetat Jupiter, ne quis deorum se pugnae immisceat. Concedit tamen, ut mortales consilio suo adjuvent.
 36—52. Concilio dimisso Jupiter proficiscitur in Idam montem, ut pugnam coram adspiciat.
 66. Sub meridiem Jupiter sortes utriusque populi in trutina ponit. Victoria Trojanis portenditur.
 134, 170. Semel iterumque misso fulmine Jupiter venit Trojanis auxilio.
 198—212. Colloquium Junonis et Neptuni. Non audent *Αἰὶ Κρονίωνι μάχεσθαι*.
 218. Juno Agamemnoni consilio adest.
 245. Exaudit Jupiter ipse preces Agamemnonis.
 335. Mox Jupiter Trojanis adest.
 350. Colloquium Junonis et Minervae. 381. Descendit utraque de coelo, sed jussu Jovis infecta re redit, 432.
 438. Jupiter redit in Olympum.
 473. Deorum concilium. Diserte Jupiter promittit Trojanis victoriam in posterum diem.
- Κ* 511. Minerva Ulyssi et Diomedi adest.
- Α* 46. Tonant Juno et Minerva in Agamemnonis honorem.
 75. Eris ab Jove missa, cf. vs. 3, pugnae interest:

*οἷη γὰρ ἴα θεῶν παρετύγχανε μαρναμένοιισιν,
 οἱ δ' ἄλλοι οὐ σφιν πάρεσαν θεοί, ἀλλὰ ἔκηλοι
 σφοῖσιν ἐνὶ μεγάροισι καθείατο. Cf. N 523.*

- A* 183. Jupiter se confert in Idam montem. Mittit Iridem ad Hectorem ut cedat donec Agamemnon vulneretur.
- N* 1. Jupiter avertit oculos.
17. Proficiscitur Neptunus, ut Graecis laborantibus opem ferat.
- Ξ* 153. Juno parat decipere Jovem.
352. Dum dormit Jupiter in Gargaro, Graeci, Neptuno duce, repellunt Trojanos.
- O* 4. Jupiter expergiscitur.
79. Redit Juno in Olympum.
125. Prohibet Minerva quominus Mars filii mortem ulciscatur.
143. Juno Iridem et Apollinem mittit ad Jovem.
174. Jubet Iris Neptunum domum redire.
231. Apollo jussu Jovis adest Trojanis.
358. Apollo viam aperit Trojanis.
- Π* 700. Apollo obviam it Patroclo, quem obtruncat vs. 791.
- P* 118, 322, 582. Perpetuo Apollo adest Trojanis.
198. Jovis vaticinium de morte Hectoris.
545. Mittitur Minerva ab Jove, ut Graecos ad pugnam incitet, *δὴ γὰρ νόος ἐτράπετ' αὐτοῦ.*
- Σ* 70. Thetis consolatur filium suum.
168. Clam Jove mittit Juno Iridem ad Achillem, qui jubetur inermem se ostendere Trojanis, vs. 199.
356. Carpit Jupiter Junonis consilium.
369. Thetis apud Vulcanum.
- Υ* 4. Deorum concio: convenere omnes dii deaeque, quibus Jupiter concedit, vs. 25, ut pugnae se immisceant.
67. Prodeunt dii in aciem.
325. Neptunus servat Aeneam.
375. Dehortatur Apollo Hectorem ne cum Achille congregiatur.
- Φ* 234. Scamander insequitur Achillem.
284. Opem ferunt Neptunus et Minerva.
342. Vulcanus adoritur Scamandrum.
387. Sequitur pugna deorum. — 518.
538. Apollo adest Trojanis. Servat Agenorem, vs. 597.
- X* 168. Deliberatur in Olympo de Hectoris interitu.
299. Achilles Hectorem trucidat, opem ferente Minerva.
- Ω*. Ducit Mercurius Priamum in castra Graecorum.
Dicam quod sentio: multa in his rationem non habent suntque dii apud Ho-

merum, in nostra Iliade utique, interdum sana ratione carentes. Ipsa praestantia illorum carminum fecit ut inter legendum lectores sponte ad absurda pleraque conniverent et obliviscerentur, quam praepostere haud ita pauca ficta essent. Atque in extremo carmine, quae de pugna deorum canuntur, multis jam displi-
cuerunt; reliqua docti viri lucusque nimis patienter tulerunt. Conabimur infra totam quaestionem dedita opera explicare, sed potiora quaedam statim notanda sunt, ut nobis pedetentim via patefiat.

Ostendi superiore paragrapho, jam belli *initio* Jovem vetuisse ne quis deorum ipse pugnae interesset, cum semper licitum fuisset utrosvis consilio adjuvare. Aliis exemplis confirmandum est, quod tunc dixi magis quam probavi. Itaque in nostra Iliade *octavo* libro dii vetantur ne manus ipsi conserant, sed ne tum quidem aegre fert Jupiter, cum Minerva profitetur vs. 36, se Graecis *consilio* adesse velle; verum Jupiter ira excandescit, quum animadvertit vs. 397, armatas deas in campum descendere, ut Trojanos aggrediantur vs. 377.

Est tamen facillimum videre non novam eam legem ab Jove datam fuisse. Scilicet Minervae verba sunt ad Martem non *octavo* libro, sed *quinto*, vs. 31:

Ἄρες ἄρες βροτολογίε, μίαιφόνε, τειχεσιπλήτα,
οὐκ ἂν δὴ Τρῶας μὲν ἐάσαιμεν καὶ Ἀχαιοὺς
μάρνασθ', ὁποτέρουσι πατὴρ Ζεὺς κῦδος ὀρέξῃ,
νῶϊ δὲ χαζώμεσθα, Διὸς δ' ἀλέωμεθα μῆνιν.

Et eodem libro ipsa Juno Jovem veniam rogat, ut sibi Martem ex proelio abigere liceat, vs. 763:

Ζεῦ πάτερ, ἧ ῥά τί μοι κεχολώσεται, αἶ νεν Ἄρηα
λυγρῶς πεπληγυῖα μάχης ἔξαποδίωμαι;

Sed primo libro Minerva adest Achilli; tertio Venus Alexandro; quinto libro Vulcanus servat Idaeum, Minerva auxilium fert Diomedem, Venus Aeneae, quem postea servavit Apollo, nec quisquam iram Jovis timere videtur. Idem apparet octavo libro post graves Jovis comminationes: Juno *consilio* suo Agamemnonem adjuvat vs. 218, sed graviter eam increpat Jupiter, postquam armata de coelo ausa est descendere, ut Trojanorum impetus retardaret.

Juno et Minerva pariter amant Achillem et Agamemnonem; itaque minus fortasse mirum est ac condonari certe potest, Minervam salvos cupere Graecos nec quidquam curare Achillem, cf. *Θ* 36 et *Α* 46, sed ipse Jupiter obliviosus: favet Agamemnoni *B* 482; in deorum concione, *Α* init, quod minime fugit Friedlanderum, qui ea de re diserte dixit, cf. Benickenius in libro de *Γ* et *Α* p. 81, Achillis prorsus immemor est; non magis recordatur eorum quae Thetidi pol-

licitus est *E* 764 et ipsius Agamemnonis miseret eum ejusque preces exaudit *Θ* 245. Neminem novi quicum summum Jovem apud Homerum propter oblivionem et inconstantiam libentius comparem quam cum imperatore Claudio.

Fateor eam comparationem claudicare; itaque Saturnium comparabo cum Penelope, non hercle propter castitatem, sed quia utrique id unicum opus est facta reddere infecta. Nonnullorum locorum praestantia fecit ut hoc interdum fugeret lectores, qui Nitzschio assentiuntur, quocum nunc quidem non faciam, nam contorta sunt quae disputat *in den Beiträgen* p. 365, sed si quis colliget quae de Jove in Iliade narrantur, verum id esse reperiet. Jam vidimus eum secundo, quinto, octavo libro subinde favere Graecis, quo fit ut bellum inutiliter ducatur, sed palmam stoliditatis praeripiunt versus *O* 232—235, qui veterum Alexandrinorum notam neutquam effugerunt. Alloquitur summus Jupiter Apollinem eumque jubet opem ferre Hectori:

τόφρα γὰρ οὖν οἱ ἔγειρε μένος μέγα, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ
φεύγοντες νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἰκωνται·
κεῖθεν δ' αὐτὸς ἐγὼ φράσομαι ἔργον τε ἔπος τε,
ὥς κε καὶ αὐτίς Ἀχαιοὶ ἀναπνεύσωσι πόνοιο.

Ecce aliud exemplum, nam omitto dicere de pugna deorum, quae vicesimo primo libro narratur, quia nimis absurda est. Occiso Patroelo, *P* 545, mittit Jupiter Minervam ad Graecos, ut alacriores reddat ad depugnandum: *δὴ γὰρ νόος ἐτράπετ' αὐτοῦ*. Cur Jupiter mutavit consilium? Nusquam tamen significarat se Patroeli cadaver Trojanis permissurum esse. Fit proelium atrox; tandem *Σ* 168 Juno Iridem ad Achillem mittit, quae adhortetur eum ut quamvis inermem se Trojanis ostendat; voce enim sola eum hostes in fugam esse conjecturum, vs. 199. Nonne hoc Junonis consilium probare debuit Jupiter? Imo altercatio inde oritur vs. 356—368. Sed uti dixi, rem nunc simpliciter notavimus posteaque efficere studebimus, non Homeri sed interpolatorum vitio esse factum, ut hodie Iliadis compositio tam hiulca videatur esse.

Ultimo loco nunc addam quod fortasse non disertis verbis in Iliade legitur, sed tamen olim fabulae *ὑπέκειτο*. Scilicet brevi antequam certamen inter Achillem et Agamemnonem ortum est, Juno diis deabusque, si minus omnibus at plerisque tamen, persuasit ut Trojanorum causam desererent, *B* 14:

ἐπέγναμψεν γὰρ ἅπαντας
Ἥρη λισσομένη, Τρώεσσι δὲ κῆδε' ἐφήπται.

Non fingit ea Jupiter, nam *E* 832 videmus Martem inde meruisse cognomen

ἄλλοπρόσαλλον, quod mox iterum Trojanorum causam amplexus esset. Verba sunt Minervae:

ὄς πρώην μὲν ἐμοί τε καὶ Ἥρῃ σεῦτ' ἀγορεύων
 Τρωσὶ μαχῆσεσθαι, ἀτὰρ Ἀργείοισιν ἀρήξειν,
 νῦν δὲ μετὰ Τρώεσσιν ὁμιλεῖ, τῶν δὲ λείλασαι.

Indidem repetenda est interpretatio Minervae verborum, Φ 412:

οὕτω κεν τῆς μητρὸς ἐρινύας ἐξαποτίνοις,
 ἢ τοι χωομένη κακὰ μῆδεταί, οὐνεκ' Ἀχαιοὺς
 κάλλιπες, αὐτὰρ Τρωσὶν ὑπερφιάλοισιν ἀμύνεις.

Adde Ω 63.

§ 7.

Quod apud Homerum in Iliade de Achille legimus, T' 40:

αὐτὰρ ὁ βῆ παρὰ Θίνα θαλάσσης δῖος Ἀχιλλεύς
 σμερδαλέα ἰάχων, ὤρσεν δ' ἦρωας Ἀχαιοὺς,

ad eum locum in Codice Veneto adscripta est Aristonici adnotatio: ἡ διπλῆ ὅτι τῆς ὑπὸ Ἴλιον στρατιᾶς ἡγεῖτο ὁ Ἀχιλλεύς καὶ πρὸ τοῦ μνηστῆσαι, διὸ νῦν πάλιν ἀποκάθιζαται ἡ ἡγεμονία. Haec verba Lehrsius affirmat se nec satis intelligere nec scire quorsum pertineant; in repetita editione utilissimi libri de Aristarcho p. 176 res ei non magis successit quam triginta annis ante: conjicit tamen adnotationem referri ad A 54, ubi physicorum somnia explodenda essent. Est ea suspicio admodum infelix et summo critico indigna: quid lateret ostendere ei potuerat ille ipse locus A 54, quem laudat, cui rectissime adscriptum est, Achillem ἡγεῖσθαι τῆς ὑπαίθρου στρατιᾶς. Nempe intellexit Aristarchus, summum imperium penes Achillem fuisse, quoties copias exirent praedatum, dum in castris primum locum teneret Agamemnon. Sicuti Agamemnon convocat concionem A 15, qua in re uti potest praeconum ministerio, B 50, sic Achilles quoque idem jus usurpat et T' 276 dicitur dimisisse concionem idem qui convocarat. Nemo praeterea est in castris cui hoc liceat facere, nam Scholiasta B L falso huc trahit quod secundo libro de Ulysse legitur. Multo magis ad rem pertinet, Atridas milites convocare in tertio Odysseae libro vs. 137.

Quod Aristarchus observavit Achillem habuisse summum imperium extra castra, id verissimum est saepeque in Iliade confirmatur. Legitur v. c. B 690:

τὴν ἐκ Λυρνησσοῦ ἐξείλετο πολλὰ μογήσας,

ad quem locum scholium habemus: ἡ διπλῆ περιεξιγμένη ὅτι Ζηνόδοτος γράφει τὴν ἐν Λυρνησσῶν οὐκ ἔλαβε δ' αὐτὴν ἐν Λυρνησσῶν, ἀλλὰ πρότερον κατὰ ἄξας (?) τῷ Ἀγαμέμνονι ἐξαίρετον ἔλαβεν αὐτὴν γέρας. Rectissime Aristarchus reiecit Zenodoti lectionem, nam praedae divisio fiebat in castris inspectante Agamemnone. Nec tamen minus recte legitur, Y 2:

Θωρήσσοντο

ἀμφὶ σέ, Πηλῆος υἱέ, μάχης ἀκόρητον.,

nam, quod scribit scholiasta B, πάσης τῆς στρατιᾶς ἡγεμῶν αὐτὸς ἐγένετο καὶ αὐτῶν τῶν ἡγεμόνων. Eandem ob causam Achilles stabat in dextro cornu.

Ecce alia vestigia Aristarchi doctrinae. Ad Ω 658,

ποσσῆμαρ μέμονας κτερεῖζέμεν Ἐκτορα δῖον,
ὄφρα τέως αὐτὸς τε μένω καὶ λαὸν ἐρύκω,

adnotatum est a Schol. V: δίχα δὲ Ἀγαμέμνονος δίδωσιν, ἄρχει γὰρ τοῦ ὑπαίθρου· ὅπη ἄρξειεν Ἀχιλλεύς. Respicit Scholiasta ex Odyssea locum γ 106:

πλαζόμενοι κατὰ ληῖδ' ὅπη ἄρξειεν Ἀχιλλεύς,

ad quem versiculum adnotatio est: σαφῶς δὲ τῶν Ἑλλήνων πολέμαρχον παρίσσει τὸν Ἀχιλλεῖα. Nimium autem fortasse est quod legimus ad Ω 671: ἐδεξιώσατο τὸν γέροντα· ἐζήτηται δὲ πῶς Ἀχιλλεύς χωρὶς τῶν βασιλέων ἐπαγγέλλεται τῷ Πριάμῳ ταῦτα ἅπερ ὑπισχνεῖται· ῥητέον οὖν ὅτι Ἀχιλλεύς τὰ τῶν πολέμιων ἐπειτέτραπτο πάντα καὶ αὐτὸς εἶχε τὴν ἐξουσίαν πάντων τῶν τοῦ πολέμου ἀνοχῶν τε καὶ συμβολῶν. Sed luculenter apparet praedae divisionem, quae in castris fieret, penes Agamemnonem fuisse. Hinc queritur Achilles nono libro vs. 329:

πεζὸς δ' ἔνδεκά φημι κατὰ Τροίην ἐρίβωλον.
τάων ἐκ πασέων κειμήλια πολλὰ καὶ ἔσθλα
ἐξελόμην καὶ πάντα φέρων Ἀγαμέμνονι δόσκον
Ἀτρεΐδῃ· ὁ δ' ὀπισθε μένων παρὰ νηυσὶ θοῆσι
δεξάμενος, διὰ παῦρα δασάσκετο, πολλὰ δ' ἔχεσκεν.

Agamemnon ὀπισθε μένων sedet otiosus in castris, quod idem Achilles ei exprobrat A 226:

οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἄμα λαῶ θωρηχθῆναι
οὔτε λόχονδ' ἶέναι σὺν ἀριζήεσσιν Ἀχαιῶν
τέτληκας θυμῶ.

Alter est βουληφόρος, alter αἰχμητής· hinc explicantur Nestoris verba *A* 258:

εἰ σφῶϊν τάδε πάντα πυθοῖατο μαρναμένοιιν,
οἱ περὶ μὲν βουλήν Δαναῶν, περὶ δ' ἐσὲ μάχεσθαι.

Sed opus est invidiæ plenum prædam dividere, quam alius attulerit nec speciæ caret quod Achilles dicit *A* 165:

ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυαἰκὸς πολεμοιο
χεῖρες ἐμαὶ διέπουσιν· ἀτὰρ ἦν ποτε διασμός ἴζηται,
σοὶ τὸ γέρας πολὺ μείζον.

Graeci, quod nemo mirabitur, segniter parebant ignavi ducis imperio, *A* 150:

πῶς τίς τοι πρόφρων ἔπεσιν πείθηται Ἀχαιῶν
ἢ ὁδὸν ἐλθέμεναι ἢ ἀνδράσι ἴφι μάχεσθαι;

Verum postquam Achilles iratus, *A* 490,

οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν
οὔτε ποτ' εἰς πόλεμον,

quia imperium eiurasse videbatur, Agamemnon utrobique summam tenebat. At-
tamen dubitanter hoc juris usurpat et in ducum consilio, quam pericopen tamen
aliquanto post additam esse suspicor, significat, se non satis scire num Graeci
sibi parere velint, dum copias educat in aciem, *B* 72:

ἀλλ' ἄγετ' αἶ κέν πως θωρήσομεν νῆας Ἀχαιῶν.

Exhortatur eum Nestor ut periculum faciat, *B* 344:

Ἀτρεΐδη, σὺ δ' εἶθ' ὡς πρὶν ἔχων ἀζεμφία βουλήν,
ἄρχεν' Ἀργείοισι κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας.

Nunc idem ille qui κακῶν ἀκούων ἠνεύχετο ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ut Aristoteles
scribit *Polit.* III 9, summa utitur asperitate verborum, *B* 391:

ὄν δέ κ' ἐγὼν ἀπάνευθε μάχης ἐθέλοντα νοήσω
μιμνάζειν παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν, οὐ οἱ ἔπειτα
ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Postquam autem primum occasio data est, *A* 224,

ἐνθ' οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις Ἀγαμέμνονα δῖον,
οὐδέ καταπτώσσοντ', οὐδ' οὐκ ἐθέλοντα μάχεσθαι.

Verum tantae rei impar est, quae est Diomedis sententia *I* 39:

*σκήπτρῳ μὲν τοι δῶκε τετιμῆσθαι περὶ πάντων,
ἀλκὴν δ' οὔτοι δῶκεν,*

nam Jupiter ad tempus tantum summum imperium dedit. Hinc Achilles rediturus cum rege in gratiam *T* 69, ita dicit:

ὄτρυνον πόλεμόνδε κερηχομόωντας Ἀχαιοὺς,

nam, ut ait Scholiasta, τὴν ἐξουσίαν τῆς ἐξόδου τῷ βασιλεὶ ἀναφέρει. Respondet Agamemnon *T* 139:

ἀλλ' ὄρσευ πόλεμόνδε καὶ ἄλλους ὄτρυνθι λαούς,

atque sic ἀποδίδωσι πάλιν αὐτῷ τὴν στρατηγίαν. Achilles autem, postquam imperium recepit, ut est *Y* 353,

ἦ καὶ ἐπὶ Σίχας ἄλτο, κέλευε δὲ φωτὶ ἐκάσῳ,

non enim solis Myrmidonibus imperabat. Quin et duces Graecorum de summa rerum deliberant in tentorio Achillis, ut videmus, *Ω* 650:

*μή τις Ἀχαιῶν
ἐνθάδ' ἐπέλθῃσιν βουλευφόρος, οἶτε μοι αἰεὶ
βουλὰς βουλεύουσι παρήμενοι ἢ θέμις ἐστὶ.*

Recte quoque Achilles ad Agamemnonem, *Ψ* 59:

*ἦῶθεν δ' ὄτρυνον ἀναξ ἀνδρῶν Ἀγάμεμνον,
ὑλὴν ἀξέμεναι.,*

nam Agamemnonis est provincia, non Achillis, milites mittere lignatum. Itidem recte, *Ψ* 156:

*Ἀτρεΐδη-σοὶ γάρ τε μάλιστά γε λαὸς Ἀχαιῶν
πέισονται μύθοισι-γόοιο μὲν ἔστι καὶ ἄσαι,
νῦν δ' ἀπὸ πυρκαϊῆς σκεδάσον καὶ δεῖπνον ἀνωχθὶ
ὄπλεσθαι.,*

quia ea res ad curam castrorum pertinet. Jure igitur uterque ἀριστος Ἀχαιῶν dici potuit, Achilles *A* 244, 412, *P* 164, Agamemnon *A* 78, 90; cf. Düntzer. Zenodot. p. 105. Ceterum stulta erat ea divisio imperii, nec mirum est inde ortas illas lacrimas et vere Ἰλιάδα κακῶν. Intelligebat hoc Agamemnon ipse, cum diceret, *B* 379:

*εἰ δέ ποτ' ἔς γε μίαν βουλεύσομεν, οὐκ ἔτ' ἔπειτα
Τρωσὶν ἀνάβλησις κακοῦ ἔσσεται*

eaque probabilis causa est, cur decimo demum anno caeso Achille Troia capi potuerit. Optimo iure queri potuisset Agamemnon, se inscio Achillem Hectoris cadaver Priamo reddidisse et haud male descripsit Achillis ingenium cum diceret, *A* 288:

πάντων μὲν κρατέειν ἐθέλει, πᾶσιν δὲ ἀνάσσειν.

His praemissis lucem demum accipient ea quae Aristonicus adnotavit ad *A* 343: οὐ γὰρ ὁ Μενεσθεὺς τῶν ἐπτὰ γερόντων, ἀλλ' Ὀδυσσεύς, Διομήδης, οὐδὲ σὺν τῷ Ἀγαμέμνονι εὐωχεῖται. Sicuti Priamus habet concilium ἐπτὰ δημογερόντων *Γ* 146, qua de re cf. tamen Gladstonii Disquis. Hom. p. 416 Ed. Germ., sic Agamemnon quoque *B* 404 κίκλησεν δὲ γέροντας ἀριζήσας Ἀχαιῶν, Nestorem, Idomenea, Aiacem utrumque, Diomedem, Ulysssem et Menelaum; sed Achilles non magis quam Agamemnon septem illis accensetur nec sunt de numero eorum quos convocant ipsi. Nunc quoque videmus qui μεγάθυμοι γέροντες *B* 52 consederint apud navem Nestoris; sunt enim iidem illi qui σὺν Ἀγαμέμνονι εὐωχοῦνται. Hinc conveniunt interdum ad navem imperatoris, *H* 383, sed omnium militum concio habetur apud naves Ulyssis, i. e. commodissimo omnibus loco in mediis castris, ubi Θεατροειδῆς τόπος ἦν εἰς ὄχλου συναγωγὴν, ut scribit Scholiasta ad *A* 805. Fit quoque ut omnes populorum duces de summa rerum deliberent, cuius rei exemplum est nono libro vs. 11, ubi Agamemnon:

*κηρύκεσσι λιγυφθόγγοισι κελεύει
κλήδην εἰς ἀγορὴν κικλήσκειν ἄνδρα ἕκασον.*

Adverbium κλήδην satis luculenter arguit errorem eorum, qui sibi persuaserunt, omnes omnino milites ea nocte convenisse: meliora eos jam docere potuerat Schol. ad vs. 17. Post vero, illo concilio dimisso, septem duces conveniunt in tentorium Agamemnonis, vs. 89:

*Ἀτρείδης δὲ γέροντας ἀολλίεας ἤγεν Ἀχαιῶν
εἰς κλισίην.*

Denique peculiare est nec trahitur ad exemplum, decimo libro Agamemnonem praeter septem γέροντας in consilio adhibere Megetem, Merionem et Thrasymedem, *K* 110 et 196: αὐτοὶ γὰρ κάλειον συμμητιάσθαι. Cf. Gladstonii Disq. Hom. p. 285. Ceterum quod disputavi non fugisse videtur Strabonem cum scriberet libro XIII: Οἱ περὶ τὸν ΑΧΙΛΛΕΑ τειχῆρεις ὀρῶντες τοὺς Ἰλιάς, κτέ.

§ 8.

Demonstravit Lehrsus in libro de Aristarcho p. 224, veterem grammaticum

diligentissime quaesivisse, quo ordine naves Graecorum ante Trojam collocatae fuerint. Praeterea eam rem addita tabula illustrasse videtur, quam tabulam Scholiasta τὸ τοῦ ναυδάθμου διάγραμμα appellare solet. Operae pretium mihi videtur explorare, num ex diligenti locorum comparatione eam tabulam instaurare possimus. Plerosque locos qui huc pertinent, Lehrsius ex Scholiis excerpit; unum eumque, nisi fallor, satis memorabilem omisit. Legimus *A* 491 Leucum quendam Ulyssis socium hasta percussum fuisse, quam Antiphus torsisset in Aiacem Telamonis filium. Ad eum locum adscriptum est in Codice Veneto: *ὅτι συγχεῖται τὰ τῆς τάξεως διὰ τὴν τοῦ πολέμου ταραχήν*. Praeterea Aristarchus, ut in aliis codicibus est, rem *ὡς ποιητικὴν παραιτεῖται*. Atque verum quidem est milites *μαχέσασθαι κατὰ σφείας*, quod prudentissimum fuit Nestoris consilium *B* 366, nec tamen duces in acie certum locum occupant sed eo se conferunt quo pugnae ratio suasit. Videre hoc est in Diomede quinto libro idemque efficitur ex Merionis verbis ad Idomeneum *N* 307:

Δευκαλίδη, πῆ τ' ἄρ' μεμοναὺς καταδῦναι ὄμιλον;

Jam primum in Catalogo recensentur populi XXIX, quorum duces sub uno conspectu ponam:

1.	Peneleus	cum navibus	50
2.	Ascalaphus	" "	30
3.	Schedius	" "	40
4.	Ajax Oilei filius	" "	40
5.	Elephenor	" "	40
6.	Menestheus	" "	50
7.	Ajax Telamonis filius	" "	12
8.	Diomedes	" "	80
9.	Agamemnon	" "	100
10.	Menelaus	" "	60
11.	Nestor	" "	90
12.	Agapenor	" "	60
13.	Amphimachus	" "	40
14.	Meges	" "	40
15.	Ulysses	" "	12
16.	Thoas	" "	40
17.	Idomeneus	" "	80
18.	Tlepolemus	" "	9
19.	Nireus	" "	3

20.	Phidippus	cum navibus	30
21.	Achilles	" "	50
22.	(Protesilaus)	" "	40
23.	Eumelus	" "	11
24.	(Philoctetes)	" "	7
25.	Machaon	" "	30
26.	Eurypylus	" "	40
27.	Polypoetes	" "	40
28.	Guneus	" "	22
29.	Prothous	" "	40
			1186

Facile apparet, quod non opus est locis laudatis confirmare, medium locum tenuisse Ulyssem, dum Achilles dextrum cornu tutaretur, Ajax Telamonis filius sinistrum atque hinc manifesto indicio constat, spurium esse versiculum *B* 558, quo Ajax narratur naves suas subduxisse in vicinia Atheniensium. Satis diserta sunt quae leguntur *A* 5:

εἷ δ' ἐπ' Ὀδυσσῆος μεγαλήτεϊ νηὶ μελαίνῃ,
 ἢ ῥ' ἐν μεσσάτῳ ἔσκε, γεγωνέμεν ἀμφοτέρωσθε,
 ἡμὲν ἐπ' Αἴαντος κλισίας Τελαμωνιάδῃ
 ἢ δ' ἐπ' Ἀχιλλῆος τοί ῥ' ἔσχατα νῆας εἴσας
 εἴρουσαν.

Proxime Aiacem stationem habebat Idomeneus, quod non fugit Aristarchum ut apparet e Schol. *I* 230: ἡ διπλῆ ὅτι πλησίον ὁ Ἰδομενεὺς Αἴαντος τοῦ Τελαμωνίου ἐτάσσετο καὶ κατὰ τὴν ἐπιπόλησιν (*A* 251, 273) συμφώνως. Undecimo libro vs. 806 legimus Patroclum Nestore in tentorio relicto, antequam domum rediret, pervenisse ad Ulyssis naves: itaque Nestori locus est in cornu sinistro. Patroclus autem adsequitur Eurypylum ex vulnere claudicantem, quod *in medio campo* acceperat et domum redeuntem; is igitur tendebat in cornu dextro. Eodem libro vs. 501 Machaon pugnat in vicinia Idomenei et Nestoris, quam ob rem huic sinistrum cornu adsignabimus. Quarto libro Agamemnon primum adit Cretenses in extremo cornu sinistro, inter utrumque Aiacem ut videtur, deinde Pylios et Athenienses: unde jam videmus in utro cornu steterint Ajax Oilei filius et Menestheus: denique Ulyssem et Diomedem alloquitur: itaque Diomedes stabat in cornu dextro. Videmus praeterea *N* 681 vicinas fuisse naves Aiacis et Protesilai ibique conjunctis viribus pugnant Boeoti, Athenienses, Locri, Phthii et Epei: hi igitur stant omnes in cornu sinistro, quod confirmabit *O* 330.

Sed memorabilis imprimis locus est *II* 307, ubi Trojanos deinceps adoriuntur Patroclus, Menelaus, Meges, Nestoris filii, Aiax Oilei filius, Peneleus, Idomeneus, Aiax Telamonius: qua in re credibile est servasse fere poctam navium ordinem: itaque Menelaum in cornu dextro collocabimus. Schedius vicinus Boeotorum erat, ut diserte traditur *B* 526 et Elephenor Nestoris, quod efficio ex *A* 463. Conjectura Boeotis Ascalaphum addemus et, ut par sit fere navium numerus in utroque cornu, Agamemnon cum Arcadibus, quibus naves mutuatus erat, nobis tendet in cornu dextro atque hinc fiet ut sit *πολλὸν ἀπάνευθε μάχης*, *Ξ* 30. Itaque in cornu sinistro duces sese exceperunt sic:

15.	Ulysses	cum navibus	12
11.	Nestor	" "	90
5.	Elephenor	" "	40
25.	Machaon	" "	30
1.	Peneleus	" "	50
2.	Ascalaphus	" "	30
3.	Schedius	" "	40
6.	Menestheus	" "	50
14.	Meges	" "	40
4.	Aiax Oilei f.	" "	40
22.	(Protesilaus)	" "	40
13.	Amphimachus	" "	40
17.	Idomeneus	" "	80
7.	Aiax Telam. f.	" "	12

594

Itaque restant naves 591, quae collocatae fuerunt in cornu dextro. Cum Achille (21) conjunxerim Thessalos, Eumelum (23), Philocteten (24), Eurypylum (26), Polypoeten (27), Gunea (28), Prothoum (29). Sequuntur Menelaus (8) cum Arcadibus (9), Agamemnone (10) et Diomede (11). Denique in dextro cornu stationem habuerunt alicubi Thoas (16), Tlepolemus (18), Nireus (19) et Phidippus (20). Quod ad Aristarchum attinet, credibile est eum eo fere modo quem dixi, rem instituisse et navium ordinem descripsisse. Legitur in Schol. *K* 53: *ὅτι ἐκ τούτων καὶ τῶν τοιούτων τὰ περὶ τοῦ ναυσάθμου ὁ Ἀρίσταρχος ἐπραγματεύσατο: ἦν τῶς γὰρ λέγεται πλησίον τοῦ Αἴαντος ὁ Ἰδομενεὺς νενεωλκηνεῖν.* Schol. *K* 110: *ἡ διπλῆ ὅτι πλησίον τοῦ Λοκροῦ Αἴαντος ὁ Μέγης ἐνενεωλκηνεῖ* alibique similiter. Quodsi duo fuerunt navium ordines et Ulysses de more eam habuit praetoriam navem quae ex duodecim quas habebat, maxime stabat a dextra,

reperies utrimque *ad amussim* totidem fuisse naves: hinc factum est *A* 5, ut Eris Ulyssis navem eligeret, unde terribili voce Graecos ad pugnam exhortaretur.

§ 9.

Est error nonnullorum virorum doctorum, qui in Aristarchi verba iurare solent, naves Graecorum uno semicirculari ordine in litore positas fuisse. Ordines fuere ut minimum duo: monstrabit id quod dixi *Ξ* 30, ubi de navibus Diomedis, Ulyssis et Agamemnonis legimus:

πολλόν γάρ ῥ' ἀπάνευθε μάχης εἰρύατο νῆες
θῖν' ἐφ' ἀλός πολιῆς· τὰς γὰρ πρώτας πεδίονδε
εἴρυσαν, αὐτὰρ τεῖχος ἐπὶ πρύμνησιν ἔδειμαν.

Itaque *πρῶται* naves dictae quae omnium primae subductae sunt, quamquam ne primus quidem ille navium ordo longe a mari remotus est, nam Diomedis ad Agamemnonem verba sunt, *I* 43:

ἔρχεο· πάρ τοι ὁδός, νῆες δέ τοι ἄγχι θαλάσσης
ἔσῃσιν.

Pertinebat hic ordo usque ad murum ipsum, quem aedificarant, uti vidimus, *ἐπὶ πρύμνησιν*. Poeta autem docere videtur ibidem, propter locorum angustias Graecos invitos plures fecisse ordines:

οὐδὲ γὰρ οὐδ' εὐρύς περ ἔων ἐδυνήσατο πάσας
αἰγιαλὸς νῆας χαδέειν, σείνοντο δὲ λαοί·
τῷ ῥα προζρόσσας ἔρυσαν.

In illo primo ordine stabat quoque Protesilai navis, quem interfectum esse legimus:

νηὸς ἀποθρόσκοντα πολὺ πρῶτιζον Ἀχαιῶν,

atque eam ob causam factum est, ut illam potissimum Hector incendere conaretur.

Breve spatium erat inter naves et murum, quod apparet ex Hectoris verbis, *O* 426:

μὴ δὴ πω χάζεσθε μάχης ἐν σείνει τῷδε.

Propter angustias autem locorum naves stabant confertae, quod nisi sumemus, intelligi non poterunt de Aiaee illa, *O* 685:

ὡς Αἴας ἐπὶ πολλὰ θοάων ἴκρια νηῶν
φοῖτα μακρὰ βιβάζς.

Inter navium ordines tentoria erant. Fugiunt Graeci et relicto primo navium ordine, usque ad tentoria recedunt ibique iterum vires colligunt. Trojani, Πόμομερος inquit, *O* 653:

*εἰσωποὶ δ' ἐγένοντο νεῶν, περὶ δ' ἔσχεθον ἄκραι
νῆες ὅσαι πρῶται εἰρύατο· τοὶ δ' ἐπέχυντο.
'Αργεῖοι δὲ νεῶν μὲν ἐχώρησαν καὶ ἀνάγκη
τῶν πρωτέων, αὐτοῦ δὲ παρὰ κλισίησιν ἔμειναν
ἀθρόοι, οὐδ' ἐκέδασθεν ἀνὰ στρατόν.*

Antea tamen, nondum fuga facta, *O* 408:

*οὔτε ποτὲ Τρῶες Δαναῶν ἐδύναντο φάλαγγας
ῥηξάμενοι κλισίησι μυγήμεναι ἠδὲ νέεσσιν.*

Eodem ducunt *O* 417, 478, alii loci. Itaque Trojani numquam ad tentoria penetrare potuerunt; adortus quidem est Hector Protesilai navem, quae in primo ordine stabat, sed ultra penetrare non potuit, quia mox Patroclus auxilio advenit.

Ceterum multae erant viae in castris. Testis est rei quae per se patet, *K* 66:

πολλαὶ γὰρ ἀνὰ στρατόν εἰσὶ κέλευθοι.

Erat praeterea locus editus, quem *περιοπήν* poeta appellat *Ξ* 8 et *Ψ* 451.

§ 10.

Est sane verissimum, quod scribitur a Wolfio in Prolegomenis p. LXXXIV n. 99: „In ipsa chorographia agri Trojani aliquid relictum est discrepantiae, cujus causa nemini auctor sim, ut denuo longum iter suscipiat;” et tamen poterunt fortasse quaedam in concordiam redigi, quae nunc inter se pugnare videntur. Est verbi causa operae pretium componere in unum quae tradit Homerus de muro quo castra Graecorum cincta fuerint. Narratur septimo libro vs. 436, Nestore auctore intra unius diei spatium murum exstructum fuisse, qui naves tutaretur:

*τείχος ἔδειμαν
πύργους θ' ὑψηλοῦς, εἴλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν.
ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίεον εὐ ἀραρυίας.
.....
ἔκτοσθεν δὲ βαθείαν ἐπ' αὐτῷ τάφρον ὄρυξαν,
εὐρείαν μεγάλην, ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξαν.*

Cum hisce conveniunt quae dicit Achilles, *I* 349:

*ἦ μὲν δὴ μάλα πολλὰ πονήσατο νόσφιν ἐμείο,
καὶ δὴ τεῖχος ἔδειμε καὶ ἤλασε τάφρον ἐπ' αὐτῷ
εὐρεῖαν μεγάλην, ἐν δὲ σκόλοπας κατέπηξεν.*

Ex sequentibus tamen libris liquido apparet non decimo anno demum classem Graecorum muro circumdatam fuisse, sed gravem illum laborem *statim* susceptum fuisse. Satis diserta sunt quae canit poeta, *Ξ* 30:

*πολλὸν γὰρ ὃ' ἀπάνευθε μάχης εἰρύατο νῆες
θῆν' ἐφ' ἄλός πολιῆς· τὰς γὰρ πρώτας πεδίονδε
εἴρυσαν, αὐτὰρ τεῖχος ἐπὶ πρύμνησιν ἔδειμαν.
οὐδὲ γὰρ οὐδ' εὐρύς περ ἐὼν ἐδυνήσατο πάσας
αἰγυαλὸς νῆας χαδέειν· ζείνοντο δὲ λαοί·
τῷ ῥα προκρόσσας ἔρυσαν καὶ πλησαν ἀπάσης
ἠμόνος ζῶμα μακρόν, ὅσον συνέργαθον ἄκραι.*

Non quaero nunc, qua de re infra videbimus, quomodo factum sit, ut de munitione castrorum duplicem famam poeta sequi videatur; notamus tantum discrepantiam. Quo tempore naves primum subductae sunt, statim intellectum fuit muro opus esse. Quod munimentum immortales dii per novem dies laborarunt ut diruerent, id certe mortales intra paucas horas exstruere non potuerunt. Ipse poeta fatetur non exiguo labore eam rem constitisse, *Ξ* 67:

*τεῖχος δ' οὐκ ἔχραιοιμε τετυγμένον, οὐδέ τι τάφρος
ἦ ἔπι πόλλ' ἔπαθον Δαναοί.*

Nec septimo libro certiores nos facit poeta de dextro cornu, ubi Achilles stabat, quomodo muro circumdari potuerit, utrum Achille concedente an invito; nam utrumvis aequae ab omni verisimilitudine abhorret. Nec minus quam postea statim ab initio, ne perpetuo impressiones Trojanorum timerent, muro et fossa iis opus erat, nam Trojae in urbe seniores vix prohibere solebant juniores quominus urbe exirent et castra adorirentur, *O* 722. Quod Bergkii contendit in vetustissimis Iliadis partibus castra fossa tantum circumdata fuisse, sed postea accessisse alium vatem paulo recentiore qui murum addiderit, id certe discrimen equidem non agnosco et plurima sunt in Bergkii disputatione, in quibus acumen miror sed iudicium desidero; verum illud certe video cum reliquis libris pugnare poetam, qui septimo libro contendat intra unum diem et decimo demum anno ingens opus perfectum fuisse.

A sinistro cornu moenia minus alta erant, *τεῖχος ἐδέδητο χθαμαλώτατον,*

ut est *N* 683; sed ubique satis humilia fuisse videntur. Hinc lapides conjiciuntur non de muro sed de turribus, ut *M* 154:

οἱ δ' ἄρα χειρμαδίοισιν ἐνδιμήτων ἀπὸ πύργων
βάλλον.

Ipsaeque turres, muri ratione habita, *altae* dici solent: *M* 386: *κάππεσ' ἀφ' ὑψηλοῦ πύργου* et pulsus Graecis, Trojani facili opera murum transgrediuntur, *M* 469:

αὐτίκα δ' οἱ μὲν τεῖχος ὑπέρβασαν, οἱ δὲ κατ' αὐτὰς
ποιητὰς ἐσέχοντο πύλας.

Hinc portae quoque *ὑψηλαί* dictae propter turrium altitudinem, *M* 131, *Σ* 274. Sed Glaucus a Teucro vulneratus de muro desilit, *ἀψ δ' ἀπὸ τείχεος ἄλο λαθῶν*, *M* 390, cf. *II* 702, neque igitur urgendum est quod proxime praecedit:

ἰῶ ἐπεσσύμενον βάλε τείχεος ὑψηλοῦτο.

Ceterum prorsus reiicio Faesii et aliorum doctrinam, qui contendunt turrium nomine interdum ipsum murum indicari. Ut dicere non possim quae fuerint *πύργων κρόσσαι*, *M* 258, id certe video *turrium* cas fuisse non muri ipsius.

De septenario portarum numero, quas binae turres tutabantur, statim videbimus. Addo nunc propter *M* 36: *κανάχιζε δὲ δούρατα πύργων*, turres fuisse ligneas: substructiones autem, ut aequum est, lapideae erant, *M* 258:

σηῆλας τε προβλήτας ἐμόχλεον, ἄς ἄφ' Ἀχαιοὶ
πρώτας ἐν γαίῃ θέσαν ἔμμεναι ἔχματα πύργων.

Fossa murum non contingebat, sed intervallum erat inter utrumque, quod apparet *I* 87, ubi de vigilibus legimus:

καὶ δὲ μέσον τάφρου καὶ τείχεος ἴζον ἰόντες·
ἐνθα δὲ πῦρ κήαντο, τίθεντο δὲ δόρυπα ἕκαστος.

Eam fossam pedites facili opera superant, cf. *A* 51, *M* 59, sed equis in via erat propter palos, *σκόλοπας*, quos magno numero Graeci ab *interiore* parte infixerant, *M* 63:

ἢ δὲ μάλ' ἀργαλή περάαν· σκόλοπες γὰρ ἐν αὐτῇ
ὄξείες ἐσᾶσιν, ποτὶ δ' αὐτοὺς τεῖχος Ἀχαιῶν·
ἐνθ' οὐπὼς ἐξὶν καταβήμεναι οὐδὲ μάχεσθαι
ἰππεῦσιν· σείνος γὰρ ὕδι τρώσεσθαι οἶω.

Adde *M* 53. Turres autem, ut videtur, aliquantum prominebant et fossam attingebant, cf. *M* 120, al.

§ 11.

Multae sunt in Homero contradictiones et repugnantiae, quas infra examinabimus, ut appareat quem usum habeant, quae docti viri de illo argumento observaverint, sed antequam ad eam quaestionem veniamus, sedulo videndum est sintne fortasse quaedam, quae magis specie quam reapse inter sese pugnare videantur. Contendit v. c. Aristarchus in castris Graecorum unam tantum fuisse portam. Schol. *M* 118: ὅτι κατ' ἀριστερὰ τοῦ ναυσάθμου ἡ πύλη καὶ ὅτι μία. Schol. *M* 470: ἡ διπλὴ ὅτι μία πύλη. Quam nihil proficiamus ad interpretationem, si unam portam sumamus fuisse, omnium optime Lachmannus p. 46 ostendit; id tantum dubitari potest, num nodum feliciter solverit. Non magis mihi persuasit Ribbeckii disputatio in octavo Philologi volumine p. 491, sed, ne ultro citroque disputando minus appareat quid velim, simpliciter dicam quae mihi ratio potissimum probetur. Quia jam satis ab omnibus intellectum est, locos quosdam in Iliade reperiri, qui Aristarchi doctrinae repugnent, sedulo quaesivi an expeditior ratio suppeteret et videor mihi viam invenisse, qua discrepantes loci optime componi poterunt. Scilicet septem mihi portae fuisse videntur, quas binae turres tutabantur; earum primam appellabimus, quae prope tentorium Idomenei est, unde sequitur necessaria ratione quartam fuisse in mediis castris juxta naves Ulyssis et septimam in extremo cornu dextro, ubi Achilles tendebat. Sic demum intelligitur cur septem cohortes, *I* 85, excubias agant in intervallo, quod est inter fossam et vallum, nam singulae portae iis obvenerant. Ceterum quia πύλαι, quod notum est, semper dicuntur plurali numero, nihil confici potest ex iis quae leguntur, *H* 436:

*ποτὶ δ' αὐτὸν τεῖχος ἔδειμαν
πύργους θ' ὑψηλοῦς, εἴλαο νηῶν τε καὶ αὐτῶν.
ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ἐνεποίεον εὖ ἀραρυίας.*

Quod haud scio an numquam observatum fuerit, unicus locus est, ubi mentio fit portae in dextro Graecorum cornu. Legimus *A* 498 pugnasse Hectorem et Alexandrum μάχης ἐπ' ἀριστερὰ πάσης ὄχθας παρ ποταμοῖο Σκαμάνδρου mox in tumultu Alexandri sagitta vulneratur Machaon, quem igitur pugnasse constat in dextro Graecorum cornu, nam prorsus improbo eorum sententiam, qui putant illud ἐπ' ἀριστερὰ, quod saepe invenitur, interdum ab Homero negligenter adhibitum fuisse. Deinde Nestor Idomenei rogatu currum conscendit, ut Machao-

nem domum reducat; quo facto mittit Achilles Patroclum, qui videat quem Nestor secum curru vehat, vs. 615:

ἵπποι γὰρ με παρήϊξαν πρόσσω μεμαυῖαι.,

quod fieri non potuit, nisi sexta septimave porta Nestor castra intraverit.

Sequenti libro, *M* 87, legimus quinque Trojanorum turmas designatas fuisse, quae Graecorum castra adorirentur. Primae turmae praecerant Hector, Polydamas et Cebriones; secundae Paris, Alcathous et Agenor; tertiae Helenus, Deiphobus et Asius; quartae Aeneas, Archelochus et Acamas; quintae denique Sarpedon, Glaucus et Asteropeus. Sicuti Achilles dextro cornu stabat, sic Hector quoque dextro Trojanorum cornu praefectus erat et credibile est cum duxisse copias adversus portam primam. Tum Alexandrum cum suis adortum fuisse suspicor spatium quod esset inter portam primam et secundam. Deinde Asius oppugnavit portam secundam, Aeneas spatium inter portam secundam et tertiam, denique Sarpedon effringere conatus est portam tertiam. Asius omnium primus pervenit ad portam secundam, quae urbi Trojae erat proxima, *νηῶν ἐπ' ἀριστερά*, ut est *M* 118:

*τῇ περ Ἀχαιοὶ
ἐκ πεδίου νίσσοντο σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν.*

Postquam Lapithae Asium repulerunt, Lycii Sarpedone duce accedunt ad portam tertiam, cuius turris Menesthei curae mandata erat, ut est *M* 331:

*τοὺς δὲ ἰδὼν ῥίγησ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς·
τοῦ γὰρ δὴ πρὸς πύργον ἴσαν κακότητα φέροντες.*

Mittit igitur Menestheus metu percussus ad Aiace Telamonis filium ut sibi auxilio veniat; Ajax, statione relicta in extremo cornu sinistro, morem gerit atque Hector perrumpit primam portam, quam Ajax modo deseruerat.

Quod supra de Graecorum ducibus vidimus, etiam de Hectore verum est, nam non habet certum in acie locum. Hinc *A* 64:

*ὧς Ἐκτωρ ὅτ' ἐμὲ μὲν τε μετὰ πρότοισι φάνεσκεν,
ἄλλοτε δ' ἐν πυμάτοισι κελύων.*

Itaque Ajax rediturus quidem fuerat in cornu sinistram, sicuti significarat, *M* 369:

αἴψα δ' ἐλεύσομαι αὐτίς, ἐπὴν εὖ τοῖς ἐπαμύνω,

sed postquam, mox effracta prima porta, Trojani Graecos a munimentis suis recedere coegerunt, Aiace praeventitur Hector eumque etiamnunc in cornu

Graecorum dextro pugnans adsequitur, *N* 183. Nunc demum lucem accipiunt Idomenei verba, qui ab Merione interrogatus ubi pugnam inire velit, ita respondet, *N* 312:

νησι μὲν ἐν μέσσησιν ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἄλλοι,
 Αἴαντές τε δύο Τεῦκρός θ' ὃς ἄριστος Ἀχαιῶν
 τοξοσύνη, ἀγαθὸς δὲ καὶ ἐν ἑσπέρῃ ὑσμίνῃ·
 οἳ μιν ἄδην ἐλόωσι καὶ ἐσσύμενον πολέμοιο
 Ἔκτορα Πριαμίδην.

Apparet jam concessisse eodem alterum Aiacem et impressionem fieri circa portam tertiam, qui locus certe a mediis castris non longe abesset, si quidem quarta porta, quod supra suspicati sumus, prope Ulyssis naves fuerit. Vere igitur Idomeneus:

νησι μὲν ἐν μέσσησιν ἀμύνειν εἰσὶ καὶ ἄλλοι,

i. e. cornu Graecorum dextro. Hinc Merioni imperat vs. 326:

νήων δ' ὧδ' ἐπ' ἀριζέει ἔχε ἑρατοῦ,

et confert se in mediam aciem circa portam secundam ibique Asio obviam fit quem tandem obtruncat. Reliqua expedire difficile fuerit nec fortasse admodum utile: illud tantum video, pulsus Trojanis, post rerum conversionem Hectorem iterum intrasse castra per portam secundam propter *M* 118, neque mirum est eum sic incidisse in navem Protesilai, quam incendit.

Unicus locus est qui cum nostra ratione componi non potest, nempe *N* 672:

ὧς οἱ μὲν μάραντο δέμας πρὸς αἰδομένοιο·
 Ἔκτορ δ' οὐκ ἐπέπυσο διίφιλος, οὐδέ τι ἦδει
 ὅτι ῥά οἱ νηῶν ἐπ' ἀριζερά δηρόωντο
 λαοὶ ὑπ' Ἀργείων τάχα δ' ἂν καὶ κῦδος Ἀχαιῶν
 ἔπλετο τοῖος γὰρ γαιήοχος ἐννοσίγαιος
 ὄτρυν' Ἀργείους, πρὸς δὲ σθένει αὐτὸς ἄμυνεν.

Haec quidem recte, nam effracta porta prima, contulerat se Hector, uti videmus, in cornu Trojanorum sinistrum, nec mirum est, cum statim addat poeta ibi pugnasse Bocotos, Athenienses, Locros, Phthios et Epeos, nam, quod ad Athenienses attinet, vidimus supra Menestheum oppositum fuisse Lyciis circa portam tertiam, ubi turris custodia illi commissa esset. Sed interpolati videri debent versus 679—684:

ἀλλ' ἔχεν ἦ τὰ πρῶτα πύλας καὶ τεῖχος ἐσᾶλτο,

ῥηξάμενος Λαναῶν πυκινὰς ξίχας ἀσπισάων,
 ἐνθ' ἔσαν Αἴαντός τε νέες καὶ Πρωτεσιλάου
 οἷν' ἐφ' ἀλὸς πολιῆς εἰδυμένοι· αὐτὰρ ὑπερθεῖν
 τεῖχος ἐδέδμητο χθαμαλώτατον, ἐνθα μάλισα
 ζαχρηεῖς γίγνοντο μάχῃ αὐτοῖ τε καὶ ἵπποι.

Certe non opus erat in eo certamine ἵππων facere mentionem, nam Asius solus curru vehebatur et, si vera est Aristarchi sententia, intelligi debere Aiace[m] Oilei filium, qui juxta Protesilaum steterit, non Aiace[m] alterum maiorem, vituperandus tamen poeta, qui tam obscure locutus fuerit. Ne hoc quidem intelligi potest, quod additur murum ibi χθαμαλώτατον fuisse; ubique enim satis χθαμαλὸς fuit et Sarpedon, *M* 397, ἐπαλξιν ἐλὼν χερσὶ ξιβαρῆσιν ἐλχ'. ἢ δ' ἔσπετο πᾶσα διαμπερές, nec quidquam ad rem facit, murum ibi satis humilem fuisse, nam pugnabatur ad naves ipsas et Graeci utroque cornu jamdiu coacti fuerant cedere, postquam Hector primam portam perruperat. Haec postquam scripseram, incidi in Frickii disputationem in Fleckeisenii Annalibus CXIII p. 308. Intelligent lectores quibus in rebus doctum virum sequi non possim.

Qui servare volunt sex versus, quos eiiciendos equidem esse censeo, necessario delabuntur ad eam opinionem quam supra significavi me prorsus improbare, apud Homerum illud ἐπ' ἀρισερὰ negligenter usurpari. Si Hector etiam nunc versabatur ubi primum πύλας καὶ τεῖχος ἐσᾶλτο, certe nescire non potuit ὅτι ῥά οἱ νηῶν ἐπ' ἀρισερὰ δηϊόωντο λαοὶ ὑπ' Ἀργείων. Unica iis supererit ratio quam commendat Schol. BL: ἐπ' ἀρισερὰ τοῦ Ἐκτορος, οὐ τοῦ ξρατοῦ· εἰ γὰρ ἐπ' ἀρισεροῖς ἐξὶν ἢ πύλη δι' ἧς εἰσῆλθεν, αὐτόπτης ἂν ἐγίνετο. Non tamen perinde est, uti opinor, utrum dicas νηῶν ἐπ' ἀρισερὰ an Ἐκτορος ἐπ' ἀρισερὰ. Νηῶν ἐπ' ἀρισερὰ necessario dicitur de Graecorum cornu sinistro.

Occasione data alios quosdam locos recensebimus. Venus, uti legimus, *E* 335,

εὔρεν ἔπειτα μάχης ἐπ' ἀρισερὰ Θοῦρον Ἄρηα,

favebat enim Trojanis dictumque hoc est ideo de Trojanorum cornu sinistro et Mars revera sedebat ἐπ' ἠϊόντι Σκαμάνδρῳ, vs. 36; sicuti Hector etiam *A* 498 μάχης ἐπ' ἀρισερὰ μάργατο πάσης ὀχθας παρ ποταμοῖο Σκαμάνδρου. Sed ut μάχης ἐπ' ἀρισερὰ modo de Trojanorum, modo de Graecorum sinistro cornu dicatur, quod pendet a persona eius qui loquitur, νηῶν ἐπ' ἀρισερὰ tamen ab omnibus ita usurpatur ut sit Graecorum cornu sinistrum. Supra iam vidimus de *M* 118, *N* 308, 326 et 675. Accedat nunc *P* 116, ubi Ajax dicitur pugnavisse μάχης ἐπ' ἀρισερὰ πάσης, loco uti opinor suo. Superest unus locus paulo difficilior. Auctore Polydamante, *N* 755, volitat Hector per totam Trojanorum aciem. Dum semper currit dextrorsum, primum frustra quaerit Deiphobum, Hele-

num et Asium, quos novimus *mediam* aciem occupasse, donec ad Alexandrum pervenit, quem supra vidimus propter *M* 93 stetisse in *Trojanorum* cornu *dextro*. Jam sunt Homeri verba *N* 765:

τὸν δὲ τάχ' εὔρε μάχης ἐπ' ἀριστερὰ δακρυόεσσης.

Error hic est, sed in *Graeco* poeta, qui semper *Graecis* favet, fortasse ferendus, excusandus certe. Ceterum postquam Hector rediit in cornu Trojanorum dextrum, confestim eum adsequitur Ajax: hoc est illud *μακρὰ βιβιάσθων*, *N* 809. Haec jam conscripseram, antequam cognoscere potui Steitzii disputationem in Fleckeisenii Annalibus CXI p. 249. Laetus vidi de summa rerum inter nos convenire; de reliquis exspecto virorum doctorum iudicia.

§ 12.

Postquam de Troja Schliemannus quaerere instituit, ubi fuerit, renovari coeperunt certamina quae jam sepulta videbantur. Sunt qui cum Georgio Groto et Schliemannō Trojam ibi fuisse demonstrant, ubi hodie *Hissarlik*; alii contra, inter quos Hasperum esse cognovi, cuius iracundiam et verborum asperitatem a nomine repeto, Pergamum collocant in colle, cui hodie *Baalidag* nomen prope vicum *Bunarbaschi* appellatum. Non ego is sum qui istas lites componam, cum praesertim non sim oculatus testis, sed in Homero ipso quaedam nondum satis recte exposita esse opinor. Veluti et Schliemannus et Hasperus, ut sententiam suam tueantur, nituntur nominibus fluminum, quae hodie sunt in agro Trojano. Fluvius est *Menderé*: agnoscit Schliemannus Scamandrum et propter utriusque nominis similitudinem, nunc Welckerum et Schliemannum fortasse sequi malis quam Chevallierium et Hasperum, quibus *Bunarbaschi-Su* dicitur fluvius qui olim Scamander. Contra fluvius est *Dumbrek-Su*, qui Schliemannō propter situm locorum *necessario* est Simois; nunc autem nominis forma Chevallierio et Haspero favet, qui olim Thymbrium fuisse contendunt, quem Schliemannus hodie *Kimar-Su* dici autumat. Adeo haec inter se pugnant; Schliemannum vide in *Antiqq. Troj.* p. 314 et Buchholz. in *Cosmogr. Homer.* p. 332.

Ac primum constat propter *E* 773, quem locum omnes laudarunt, confluisse olim Simoenta et Scamandrum:

ἀλλ' ὅτε δὴ Τροίην ἴξον ποταμῶ τε ῥέοντε,
ἦχι ῥοὰς Σιμόεις συμβάλλετον ἠδὲ Σκάμανδρος.

Itaque locum ostendit Schliemannus, ubi olim prope *Hissarlik* Simois, i. e.

Dumbrek-Su, incidebat in Scamandrum, i. e. *Menderé*. — Deinde videmus pugnatum fuisse inter utrumque fluvium, v. c.:

Z 2. πολλὰ δ' ἄρ' ἔνθα καὶ ἔνθα ἴδυσε μάχη πεδίοιο
ἀλλήλων ἰδυνομένων χαλκήρεα δοῦρα,
μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων.

H 328. πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι κρηρομόωντες Ἀχαιοί,
τῶν νῦν αἷμα κελαινὸν ἐύρησον ἀμφὶ Σκάμανδρον
ἐσκέδασ' ὄξυς Ἄρης.

M 22. διὸς τε Σκάμανδρος
καὶ Σιμόεις, ὅθι πολλὰ βοάγρια καὶ τροφάλειαι
κάππεσον ἐν κονίησι.

Fontes Scamandri Homerus prope Trojam esse scribit, X 147:

κρονῶ δ' ἴκανον καλλιρρόω, ἔνθα δὲ πηγαὶ
δοιαὶ ἀναΐσσουσι Σκαμάνδρου δινήεντος.

Welckerus, quum ei Chevallierii ratio merito displiceret, illorum verborum explicationem commendavit admodum contortam, sed locum luculenter expedit Schliemannus in libro de Antiquitatibus Trojanis p. 149; adde et Kellerum, qui eam quaestionem attigit in utili libello de situ Trojae p. 13. — Hinc Scamander fertur per campum, qui extenditur inter castra Graecorum et urbem Trojam. Pulsis Graecis Trojani pernoctantur in planitie inter castra et fluvium, Θ 560:

τόσσα μεσηγὺ νεῶν ἠδὲ Ξάνθοιο ῥοάων
Τρώων καίοντων πυρὰ καίετο Ἰλιόθι πρό.

Via ducit ab urbe Troja ad mare per vadum, πόρον. De Trojanis fugientibus legimus, Ξ 434:

ἀλλ' ὅτε δὴ πόρον ἴξον ἐύρηειος ποταμοῖο,

qui versus iteratur Φ 1. Propter M 118, quem locum supra examinavimus, credibile est eam viam pertinuisse fere ad eum locum, ubi secundam castrorum portam fuisse significavimus. Qui evadere non potuerunt, ab Achille fugati, fugiebant in ripa sinistra, πὰρ ποταμόν, Φ 206, per palustria loca quae inveniuntur inter Scamandrum et *Bunarbaschi-Su*; neque iis reditus in urbem patebat. Priamus quoque profecturus in castra Graecorum, pervenit ad πόρον et tertia vice idem versiculus iteratur Ω 692.

Postquam Scamander Simoenta recepit, quod hodie quoque apparet, quamquam Simois cursum jamdiu flexit ab eo inde loco unde mutato nomine non *Dumbrek-*

Su appellatur, sed *In-Tépe-Asmak*, postquam igitur Scamander Simoenta recepit, effunditur in mare ad sinistram Graecorum cornu, ubi Aiax tendebat. Temporibus autem antiquis ostium fluminis paulo magis orientem spectabat et ferebatur per alveum, per quem olim *Kalifatli-Asmak*, qui fluvius ipse quoque occidentem versus recessit, quo facto *In-Tépe-Asmak* eius alveum occupavit. Legitur *A* 499:

οὐδέ πο "Εχτωρ
πέυθεται ἐπεὶ ῥα μάχης ἐπ' ἀριστερὰ μάργατο πάσης
ὄχθας παρ ποταμοῖο Σκαμάνδρου.

Itaque undecimo libro pugnatur, ubi pugnatum fuit olim, cf. *B* 465, h. e. ad *dextram* Scamandri ripam, quum propter octavum librum dixeris eo die fuisse pugnatum inter castra Graecorum et flumen: hoc quoque non negligendum erit, quum quaeremus infra de origine octavi libri.

Quae planities inde ab Hellesponto ad urbem extenditur, ea primum arenosa est, quod ostendit *Γ* 13:

ὦς ἄρα τῶν ὑπὸ ποσσὶ ζονίσαιλος ὄροντι' ἀέλλης·,

sed juxta Scamandri ripas ea pars, quae proprie *πεδίον Σκαμάνδριον* dicitur, omni plantarum et herbarum genere consita est. Ecce testimonia, *Φ* 602:

ἕως ὃ τὸν πεδίῳ διώκετο πυροφόροιο
τρέψας παρ ποταμὸν βαθυδινήεντα Σκαμάνδρου.

Φ 350. *καίοντο πτελέαι τε καὶ ἰτέαι ἠδὲ μυρῖκαι,*
καίετο δὲ λωτὸς ἠδὲ θρύον ἠδὲ κύπειρον,
τὰ περὶ καλὰ ῥέεθρα ἄλλῃ ποταμοῖο περὶκει.

K 467. *συμμάρψας δόναζας μυρῖκης τ' ἐριθηλέας ὄζους.*

Praeterea *μυρῖκαι* memorantur *Z* 39 et *Φ* 18. Hinc dicitur *λειμὼν Σκαμάνδριος ἀνθεμόεις*, *B* 467.

Quod Herodotus scribit *II* 10, successisse hodie *δῶρον τοῦ Σκαμάνδρου*, ubi olim sinus fuerit inter utrumque promuntorium, id confirmari dixeris Homeri verbis *Ξ* 36:

τῶ ῥα προκρόσσας ἔρυσαν καὶ πλησαν ἀπάσης
ἠϊόνος ζόμα μαζρόν, ὅσον συνεέργαθον ἄκραι.

Contenderunt praeterea Sprattius et Eckenbrecherus hujus rei clara vestigia superesse, nec tamen minus Schlicmannus praefracte negavit fieri umquam potuisse, ut quidquam luti ibi aggereretur, quum praesertim Hellespontus tanto impetu fluat et rapiat quidquid per fluminum ostia in mare efferatur. Sed ut hoc sit in incerto positum, de quo argumento Frickium vide in *Fleckeisenii An-*

nalibus CXIII p. 293 et Eduardum Meierum in libro quem nuper edidit de Historia Troadis p. 48, equidem non possum non admirari Schliemanni laudabile acumen, qui, quo die primum in agrum Trojanum venit, statim intellexerit Chevallierii φαντάσματα jam nimis diu hominibus doctis imposuisse. Nobis autem imprimis apparuit quam bene Trojam collocaverit ubi hodie *Hisarlik* est, postquam sedulo examinavimus, quo sensu illud ἐπ' ἀριστερά ab Homero usurpetur. Tantum non omnia apud Homerum Schliemanni rationes comprobant atque imprimis illud, Trojam non multum a mari remotam fuisse, quod, etiamsi reliqua convenient, quae minime conveniunt, minime cadit in vicum *Bunarbaschi*. Verum ubi rerum testimonia adsunt, non opus est verbis. Welckerus certe mihi non persuasit, ne in iis quidem quae scripsit adversus Grotum, Mus. Rhen. XII, 612, nec magis faciam cum iis, quae nuper disputavit Vivien de Saint-Martin dans la *Revue Archéologique*, Mars 1875. Admirabile mihi videtur in ea quaestione plurimum nos debere non iis qui bonas literas unice profiteantur, sed duobus mercatoribus, quorum alter ne oculatus quidem testis fuit. Quod Schliemannus Viviano duobus mensibus post respondit, id vix opus erit iis qui totam controversiam cognoverunt. — Haec postquam scripseram, Rudolphi Hercheri disputationem vidi de campo Trojano, in qua tamen nihil inesse comperi, quod me magno opere movere deberet. Concedo in Iliade poetam campum Trojanum describere, non geographum, neque tamen in iis quae Hercherus vere disputat, quidquam inesse video, quo rationes infringantur, quas supra commendavi. Hoc solum concedi poterit, quod infra apparebit, in antiquissima Iliadis parte Simoentem non memorari; nihil tamen hoc pertinet ad solvendam quaestionem de loco ubi Troja fuerit. Ceterum Hercherum remitto ad popularem eius Kellerum. Fieri potest ut Homerus agrum Trojanum numquam viderit: quid nostra hoc scire interest? Buchholzius in *Cosmographia Homerica* varias virorum doctorum opiniones accurate recenset, sed ipse nihil definit.

§ 13.

Scribit Plato in opere de Legibus III p. 632: κατακίσθη (sed μετακίσθη legendum est) δὴ φαμεν ἐκ τῶν ὑψηλῶν εἰς μέγα τε καὶ καλὸν πεδίον Ἴλιον ἐπὶ λόφον τινὰ οὐχ ὑψηλὸν καὶ ἔχοντα ποταμοὺς πολλοὺς ἄνωθεν ἐκ τῆς Ἰδης ὠρημένους. Quum Plato hoc scriberet, ante oculos habuisse videtur quod tradit poeta Y 217:

τίσσε δὲ Λαρδανίην, ἐπεὶ οὐπω Ἴλιος ἰρή
ἐν πεδίῳ πεπόλιτο.

Ubique autem apparet, urbem secundum Homerum, prope mare fuisse sitam, v. c. *N* 724:

*ἐνθα κε λευγαλίως νηῶν ἄπο καὶ κλισιάων
Τρῶες ἐχώρησαν προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν.,*

et ubi non? Nec video quomodo Volkmannus p. 156 sibi persuaserit ea in re Homerum sibi contradicere; vid. Schliemann. *Antiqq. Troj.* p. 76. Collis erat in planitie adsurgens, quod itidem monstrabit *Ω* 329:

οἱ δ' ἐπεὶ ἐκ πόλιος κατέβαν πεδίονδ' ἀρίζοντο.

Castris Graecorum proximae erant *πύλαι Σκαιαί*, quae et *Δαρδάνιαι* vocabantur, cf. Schol. *E* 789, *Z* 237, *I* 354. Cf. Groti *Hist. Gr.* II p. 108. Erat via ab urbe ad mare, quae, ut supra ostendi, ducebat per vadum Scamandri. Inter castra autem et Scamandrum erat *Θρωσμὸς πεδίοιο*, ubi Trojani copias instruunt. Demonstratur id quod dixi ex *K* 160:

*οὐκ αἴεις ὡς Τρῶες ἐπὶ Θρωσμῶ πεδίοιο
εἶσται ἄγχι νεῶν.*

Adde *A* 56 et *Y* 3. Luculentum quoque est quod invenio *Θ* 560:

*τόσσα μεσηγὺ νεῶν ἠδὲ Ξάνθοιο ῥοάων
Τρώων καιόντων πυρὰ φαίνεται Ἴλιόθι πρό.*

Et erant revera castra Trojanorum *ἐγγύθι νηῶν*, *I* 76. Itaque Hector concilium habet Trojanorum *Θ* 490:

νόσφι νεῶν ἀγαγών, ποταμῶ ἐπι δινήεντι.

Alibi idem locus accuratius indicatur, *K* 415:

βουλὰς βουλεύει θείου παρὰ σήματι Ἴλου.

Σῆμα Ἴλου situm erat prope vadum Scamandri in ripa dextra itaque Hector ut cum ducibus de summa rerum deliberaret, flumen transiit. Non video cur dubitet Volkmannus p. 156, cum ea res liquido constet ex *Ω* 349:

*οἱ δ' ἐπεὶ οὖν μέγα σῆμα παρὲξ Ἴλοιο ἔλασσαν,
σῆσαν ἄρ' ἠμιόνους τε καὶ ἵππους, ὄφρα πίσιεν
ἐν ποταμῶ.*

Hinc mirum non est *A* 372:

*Τυδείδη ἔπι τόξα τιταίνετο ποιμένι λαῶν
 ζήλη κεκλιμένος ἀνδροκμήτω ἐπὶ τύμβῳ
 Ἴλου Δαρδανίδαο.,*

nam pugnatur eo die inter urbem et Scamandrum. Eodem referendi versus sunt *A* 166:

*οἱ δὲ παρ' Ἴλου σῆμα παλαιοῦ Δαρδανίδαο
 μέσσον κατὰ πεδίου παρ' ἔρινεὸν ἐσσεύοντο.,*

ad quem locum Scholion adscriptum est: ἡ διπλῆ πρὸς τὸ τοῦ ναυσάθμου διάγραμμα· τὸ γὰρ Ἴλου σῆμα κατὰ μέσον εἶναί φησι τοῦ πεδίου. Verissime hoc observatum est et praeterea videmus inter Scaeam portam et Σῆμα Ἴλου fuisse ἔρινεόν, qui itidem memoratur *Z* 433 et *X* 145:

*οἱ δὲ παρὰ σκοπιὴν καὶ ἔρινεὸν ἠνεμόεντα
 τείχεος αἶεν ὑπέκ κατ' ἀμαξιτὸν ἐσσεύοντο.*

Quae dummodo recte interpretor, in via quae Troja ducebat ad mare, sita erat σκοπιὴ inter Σῆμα Ἴλου et ἔρινεόν; cf. Mistriotis p. 323. Eam σκοπιὴν non diversam esse dixeris a tumulo Aesyetae, de quo locus est *B* 792:

*ὄς Τρώων σκοπὸς ἴζε ποδοκείησι πεποιθὼς
 τύμβῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ Αἰσυήταο γέροντος
 δέγμενος ὀππότε ναῦφιν ἀφορμηθεῖεν Ἀχαιοί.*

sed tumulus iste paulo magis in castrorum vicinia potest fuisse videri.

Inter ἔρινεὸν et Scaeam portam φηγὸς erat, de quo primum videamus, *I* 353:

*ὄφρα δ' ἐγὼ μετ' Ἀχαιοῖσιν πολέμιζον
 οὐκ ἐθέλεσκε μάχην ἀπὸ τείχεος ὀρνύμεν Ἐκτωρ,
 ἀλλ' ὄσον ἐς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἴκανεν.
 ἔνθα ποτ' οἶον ἔμιμνε, μόγις δέ μεν ἔκφυγεν ὀρμήν.*

idem versus recurrit *A* 170, nec discrepat quod *E* 788 et *Φ* 549 legitur, sed quod legitur *Z* 237 de Hectore:

*Ἐκτωρ δ' ὡς Σκαιάς τε πύλας καὶ φηγὸν ἴκανεν,
 ἄμφ' ἄρα μιν Τρώων ἄλοχοι θεὸν ἠδὲ θύγατρας,*

minime inepta suspicio est Francisci Schöllii, praestare lectionem in Scholiis memoratam: πύργον ἴκανεν, ne matronae et virgines Trojanae urbe exiisse videantur. Praeterea conferri possunt *E* 693 et *II* 22, ad quem locum est Scho-

lium: ἡ διπλῆ ὅτι πρὸ τῶν πυλῶν τὴν φηγὸν ταύτην ὑποτίθεται, uti et ad *I* 354: ὁ δρῦς πρὸ τῆς Ἰλίου ἦν, credo quia fuerant qui propter *Z* 237 ea de re dubitarent et contenderent τὴν φηγὸν intra muros collocandam esse.

Ante urbem προπάροισθε πόλιος, ἐν πεδίῳ ἀπάνευθε erat collis, cui Βατίεια nomen, qui semel memoratur *B* 811. Schliemannō est *Pascha-tépe*.

Superest denique Καλλιζολώνη, quae Welchero eadem est atque τύμβος Αἰσούταο. Equidem eum locum ei assignabo, ubi Simois recipit Scamandrum, itaque in ripa dextra. Quod legitur *Y* 52:

ἄνε δ' Ἄρης ἐτέρωθεν ἔρεμνῇ λαίλαπι Ἴσος,
ὄξυ κατ' ἀκροτάτης πόλιος Τρώεσσι κελεύων
ἄλλοτε παρ Σιμόεντι θείων ἐπὶ Καλλιζολώνη.

collato Schol. *B* ad eum locum, ubi Demetrius Scepsius laudatur, dixeris Martem currere a Trojanorum cornu dextro ad cornu sinistrum. Idem suadet *Y* 151 et Καλλιζολώνη non nominatur quidem, sed intelligitur tamen *E* 36, 774. Schliemannus Callicolonem nisi fallor nimis Orientem versus removet. Vid. Steitzius in Fleckeisenii Annalibus CXI p. 245 et Gladston. Synchronism. p. 26.

§ 14.

Quo magis cum Homeri carminibus consuesco, quorum lectione ab ineunte aetate imprimis delector, eo magis dubitare cogor, num poeta umquam pugnae genus viderit, quale illud est, quo heroes apud eum perpetuo utuntur. Est v. c. unus alterve locus, qui, quum ad usum hastae pertineat, nondum a quoquam intelligi potuerit, credo quod ipse poeta non satis clare rem sibi repraesentaverit; dissentio enim ab iis quae Bergkii disputat de hoc argumento in *Hist. Litt. Gr.* p. 828. Incipiam ab levi errore in Scholiis ad *A* 233, ubi de pugna inter Agamemnonem et Iphidamantem scriptum est sic: μόνον νῦν ὁ πρότερος ἀφείς νικᾷ καὶ δεύτερον ἀφείς, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις μονομαχίαις τετήρηται, ὅτι ὁ πρότερος ἀφείς νικᾷται. Non est hoc usquequaque verum, nam in postremo certamine singulari, *X* 273, Achilles itidem jaculando praevertitur Hectorem, qui tamen postea obtruncatur.

Primum apparet egregiam fuisse aeris temperationem, nam aeneae cuspides perraro retunduntur. Quatuor tantum exempla in promptu habeo, omnia Trojanorum, Alexandri *I* 348, Hectoris *H* 259 et Euphorbi *P* 44, quorum αἰχμὴ ἀνεγνάμφοθι et Iphidamantis *A* 237, cuius μόλιβος ὡς ἐτράπευ' αἰχμῆ. Hasta quoque raro frangitur, Merionis *N* 166, Idomenei *P* 607, Adamantis *N* 562, Pisandri *N* 608 et frustra Asteropaeus voluit *Φ* 178: ἄξαι ἐπιγνάμψας δόρυ

μείλινον Αιακίδαο. Ars est hastam recuperare et *ἐπαΐξαι μεθ' ἑὸν βελος*, *N* 513. Diomedes *A* 357: *μετὰ δούρατος ᾗχετ' ἐρώην*, atque eam imprimis ob causam tantum intererat esse *πόδας ταχύν*, quae pedum celeritas Idomeneo deerat, nam *μεσαιπόλιος* erat *N* 361, 513. Saepe dicuntur heroes hastas suas *ἐξοπιάσασθαι*, Idomeneus *N* 509, Meriones *N* 574, Diomedes *E* 620, 859, Agamemnon *Z* 65, Thoas *A* 530. Semel omnino fit in certamine singulari, ut uterque hastam suam recuperet; legitur enim de Aiace et Hectore *II* 255:

τὼ δ' ἐξοπασσάμενω δολίχ' ἔγχεα χερσὶν ἄμ' ἄμφο.

Menelaus autem, *Γ* 380, 338, *κατὰ τὸ σιωπώμενον* hastam recuperat, qua Alexandrum petierat.

Sunt haec omnia luce clariora, sed nunc mirari subit, cur heroes interdum duas hastas habuerint. Ulysses in *Odyssea* duas habet *α* 256, *μ* 229, *π* 295, *σ* 377, *χ* 110, 125; Asteropaeus *ὁ περιδέξιος Φ* 145, 162; Sarpedon *M* 298; Idomeneus *N* 241. Patroclus exit in pugnam cum duabus hastis, quarum alteram laeva manu tenet, *II* 139; unam habet reliquam *II* 734. Sic Agamemnon quoque ab initio duas hastas habet *A* 43, quarum alteram amisit *N* 605. Contra Telemachus in itinere unam hastam habet *ο* 551, in pugna duas *π* 295, *χ* 110.

Sed etiamsi commode explicari possit cur heroes interdum duabus hastis utantur, dum alii perpetuo una sola contenti sint sicuti Achilles, quem unam tantum hastam vibrasse novimus, cur tamen Nestor, cui *ἀσπίς καὶ δύο δοῦρε φαεινὴ τε τροφάλεια K* 76, in pugna unam, *Ξ* 12, habet? Cur Menelaus, etiamsi in acie duas habeat, nam *N* 597 alteram amisit, una sola armatur in certamine singulari cum Alexandro *Γ* 338? Cur Alexander, dum Graecos ad certamen provocat duas hastas habet, in pugna vero unam *Γ* 18, 338, nam error est in antiquo scholio ad *A* 43? Cur Hector denique perpetuo duas hastas habet, unam vero tantum in certaminibus cum Aiace et cum Achille?

Possis tamen ad ista fortasse respondere, normam quandam constantem in hisce reperiri, duabus enim hastis suum usum constare in turba, post provocationem in certamine singulari unam satis esse habere. Eo modo, fateor, explicari poterit quod de Alexandro, Menelao et Hectore vidimus, sed nulla interpretandi ars efficiet umquam ut intelligatur quod tertio decimo libro de Merione legimus.

Merionis hasta confracta erat, *ἐν καυλῷ ἑάγη δολιχὸν δόρυ*, *N* 162. Itaque abit e pugna, aliam hastam petitum, nam nemo ei suam, ut videtur, commodare aut poterat aut volebat:

*Βῆ δ' εἶναι παρά τε κλισίας καὶ νῆας Ἀχαιῶν
οἰσόμενος δόρυ μακρόν, ὃ οἱ κλισίῃφι λέλειπτο.*

Prope tentorium obviam ei fit Idomeneus, qui se modo *duabus* hastis armaverat, vs. 241. Unde et quo, Idomeneus interrogat. Respondet Meriones:

ἔρχομαι, εἴ τι τοι ἔγχος ἐνὶ κλισίῃσι λέλειπται
οἰσόμενος.

Quin etiam, Idomeneus inquit, in tentorio meo invenies hastas plus quam viginti, quas Trojanis ademi. Et mihi quoque, sic gloriatur Meriones, multa sunt Trojanorum spolia, ἀλλ' οὐ σχεδόν ἔστιν ἐλέσθαι. Adduxerat Trojam Idomeneus naves octoginta et ipse imperator stetisse videtur de more dextro cornu, Meriones sinistro. Quia haec autem omnia agebantur prope portam quam superiori paragrapho secundam nominavimus, non est quod miremur illud οὐ σχεδόν ἔστιν ἐλέσθαι. Sed quidni Idomeneus ex duabus hastis suis statim unam commodat Merioni, ut in illa trepidatione quantocius Trojanos adoriantur? Si putas omnino ei opus fuisse hastis duabus, cur Meriones cum una tantum hasta redit ex Idomenei tentorio? vs. est 296:

καρπαλίμως κλισίῃθεν ἀνειλετο χάλκεον ἔγχος.

Ecce una sola contentus fuit, cum tamen viginti hastas πρὸς ἐνώπια παμφανόωντα ἐξώσας intactas relinqueret. Gratias agam si quis hoc mihi explicaverit. Alia de hoc loco vide apud Nitzschium in *der Sagenproesie* p. 276.

§ 15.

Apud Homerum *A* 463 rapere conatur Elephenor cadaver Echepoli, cui Antilochus per sinciput jaculum adegerat. Verba Homeri sunt:

τὸν δὲ πεσόντα ποδῶν ἔλαβε κρείων Ἐλεφήνωρ.

Quod ad rem attinet, eodem modo de Cebrione legimus, quem Patroclus obtruncavit, *II* 762:

Ἐκτωρ μὲν κεφαλήφιν ἐπεὶ λάβεν, οὐχὶ μεθίει,
Πάτροκλος δ' ἐτέρωθεν ἔχεν ποδός.

Aristonici autem adnotatio est: ἡ διπλῆ ὅτι ἀπὸ τῆς πληγῆς τοὺς γὰρ πόδας τοῖς πολεμίοις δίδωκεν. Est ea verissima Aristarchi observatio cadere omnes ἀπὸ τῆς πληγῆς hinc pugnantes perpetuo cadunt supini, fugientes proni. Pariter *A* 106 hircus quem Pandarus

ὑπὸ ζήρνοιο τυχήσας
πέτρης ἐκβαίνοντα, δεδεγμένος ἐν προδοκῆσιν,
βεβλήκει πρὸς σῆθος· ὁ δ' ὑπτίος ἔμπεσε πετρῇ.

Adscripsit idem Aristonicus: *ὅτι οὐ προηεῖς ἀλλ' ἀνατρεπομένους ὑπὸ τῆς πληγῆς συνίησι διὰ τὰς βίας τῶν βαλλόντων.* Contra Menelaus Scamandrium *E* 56:

*πρόσθε ἔθεν φεύγοντα μετάφρενον οὔτασε δουρί,
ὦμων μεσσηγύς, διὰ δὲ σῆθεσφιν ἔλασεν·
ἤριπε δὲ προηνῆς.*

Scholion adscriptum est: *ὅτι ἀπὸ τῆς πληγῆς πέπτωκε φεύγον καὶ τετραμμένος ἐπὶ γόμα.* Quod statim sequitur de Phereclo, quem Meriones vulnerarat *γλουτὸν κᾶτα δεξιόν*, *E* 68 *γνῶξ δ' ἔριπ' οἰμῶξας*, docet Aristonicus: *ἡ διπλὴ ὅτι καὶ οὔτος ἐπὶ τὴν πληγὴν πέπτωκεν*, sed unusquisque concedet scribendum esse: *καὶ οὔτος ἀπὸ τῆς πληγῆς οὐκ ἐπὶ τὴν πληγὴν πέπτωκεν.* Itidem Dioces fortiter pugnans, *A* 522, *ὑπτιος ἐν κονίησι κάππεσεν*, Hector *H* 271 *ὑπτιος ἐξετανύσθη*, Pisander *A* 144, qui plagam pectore exceperat, *ὑπτιος οὔδει ἐρείσθη*, ad quem locum denuo est *διπλὴ ὅτι ἀπὸ τῆς πληγῆς οὐκ ἐπὶ τὴν πληγὴν πίπτει.* Eodem modo Antiphates *M* 192 gladio percussus *ὑπτιος οὔδει ἐρείσθη.* Adde Lycophronem, quem Hector *O* 434:

*ἔβαλεν κεφαλὴν ὑπὲρ οὔατος ὀξεί χαλκῶ
ἐξᾶστ' ἄγχ' Αἴαντος· ὁ δ' ὑπτιος ἐν κονίησιν
νήος ἀπο πρύμνης χαμάδις πέσε.*

Contra Dolops *O* 543 a tergo petitus *προηνῆς ἐλιάσθη.* Pyraechmes *II* 289 *ὑπτιος ἐν κονίησι κάππεσε*, sed Areilycus qui tergum verterat, *II* 310, continuo *προηνῆς ἐπὶ γαίῃ κάππεσε.* Aretus denique, *P* 523, *προθορῶν πέσεν ὑπτιος* et, ut ex *Odyssea* quoque locus addatur, Amphinomus ab Telemacho a tergo petitus, *X* 92:

δούπησεν δὲ πεσών, χθόνα δ' ἤλασε παντὶ μετώπῳ.

Nunc sequuntur loci qui non excipiuntur, sed quorum tamen est peculiaris ratio. Sarpedon, *M* 396, aggressus est turrin, cuius custodia Menestheo mandata erat; ibi obtruncat Alemaonem Thestoris filium — unde si quis conjicere velit, Calchantem Atheniensem fuisse, scito tamen eam opinionem Aristarchum improbasse —

*ἀλλ' ὄγε Θεσορίδην Ἀλζμάονα δουρὶ τυχήσας
νύξ', ἐκ δ' ἔσπασεν ἔγχος· ὁ δ' ἐσπόμενος πέσε δουρὶ
προηνῆς.*

Causa enim apparet. *Τοῖς ἰατρῶν παισὶν* examinandum relinquam, quod Homerus habet *N* 548:

*Ἀντίλοχος δὲ Θόωνα μετασφραδίντα δοκεύσας
οὔτας' ἐπαΐξας, ἀπὸ δὲ φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν,
ἢ τ' ἀνὰ νῶτα Θεούσα διαμπερές αὐχέν' ἰκάνει
τὴν ἀπὸ πᾶσαν ἔκερσεν· ὁ δ' ὕπτιος ἐν κονίησιν
κάππεσεν.*

Speciosum inventum est: ἡ διπλῆ ὅτι ἐπὶ τὴν πληγὴν πέπτωκε διὰ τὸ παραλελύσθαι τὴν νοτιαίαν φλέβα καὶ μηκέτι εἶναι τὸ ἀντέχον νεῦρον. Sed praeterea haud raro proni cadunt qui adversi vulnerantur. Exemplo sit Epigeus, quem percussit Hector, quum Sarpedonis cadaver arriperet: ὁ δ' ἄρα προηνῆς ἐπὶ νεκρῷ κάππεσεν, *II* 579. Pariter *P* 300 Hippothous πέσε προηνῆς ἐπὶ νεκρῷ et Leucus *A* 493 vulneratur νέκυν ἐτέρωσ' ἐρύων et

ἦριπε δ' ἄμφ' αὐτῷ, νεκρὸς δὲ οἱ ἔκπεσε χειρός.

Quod de Lyacone legitur *Φ* 118, quem Achilles obtruncarat, ὁ δ' ἄρα προηνῆς ἐπὶ γαίῃ κεῖτο ταθείς, excusationem habet, nam videmus gladium statim e vulnere retractum fuisse, antequam Achilles cadaver fluctibus mergeret. Magis fortasse mirum est quod de Aenea legimus *E* 309, cui Diomedes ingenti saxo coxendicem confregerat:

*αὐτὰρ ὁ γ' ἦρωσ
ἔση γνῶξ' ἐριπὼν καὶ ἐρείσατο χειρὶ παχείῃ
γαίης· ἄμφι δὲ ὄσσε κελαινὴ νῦξ ἐκάλυπεν.*

Ceterum si non unus sed plures fortiter pugnantes occubuerunt, adjectivum. προηνῆες offensionem esse non debet, sicuti *B* 418:

*πολλές δ' ἄμφ' αὐτὸν ἑταῖροι
προηνῆες ἐν κονίησιν ὀδᾶξ λαζοίατο γαῖαν.*

et *A* 544:

*πολλοὶ γὰρ Τρώων καὶ Ἀχαιῶν ἤματι κείνῳ
προηνῆες ἐν κονίησι παρ' ἀλλήλοισι τεταντο.*

Causam explicare poterunt loci quos supra recensuimus, *A* 493, *II* 579 et *P* 300.

Unicus est ni fallor in toto Homero locus, qui aperte repugnat ei rationi quam explicavi. Legitur is in Odyssea *χ* 296, ubi Telemachus Leocritum cominus vulnerat

*δουρὶ μέσον κενεῶνα, διαπρὸ δὲ χαλκὸν ἔλασσαν
ἦριπε δὲ προηνῆς, χθόνα δ' ἤλασε παντὶ μετώπῳ.*

Scholion est ad eum locum: οὔτος (leg. ὅτι) ἐπ' αὐτὴν πίπτει τὴν πληγὴν. Apparet quam sedulo de hoc usu grammaticus Alexandrinus quaesierit. Et tamen fortasse poeta se excusare poterit, adhibito *M* 396, quem locum supra vidimus.

§ 16.

Quod rectissime intellexit Eyssenhardtus, qui nuperrime ea de re egit, multa sunt apud Homerum admodum obscura de ratione pugnae equestris. Ac primum, quamquam in Aegyptiacis monumentis equites deesse dicuntur, cf. Gladston. Synchronism. p. 155, neque equi repraesentantur ante regnum Thuthmis I, absurdum tamen est credere veteres illos, qui curruum usum cognitum haberent, ignoravisse equitandi artem, cf. Lucret. V 1289; sed ea arte in pugna, nisi fallor, uti noluerunt, metuentes illud idem quod Persarum equites apud Xenophontem, ne excuterentur et deciderent, quod Masistio accidit in pugna apud Plataeas, cf. Buchholz. Hom. Real. I. 2. p. 175. Hinc minime mirum Diomedem et Ulyssem Rhesi equis vectos in castra Graecorum rediisse, sed narratio impedita est. Nam primum miror, cur Ulysses loris equos colligare voluerit, vs. 499:

Ὀδυσσεὺς λῦε μώνυχας ἵππους,
σὺν δ' ἤειρεν ἱμᾶσι καὶ ἐξήλωνεν ὀμίλου.

Scholion est BL.: συνέζευξεν αὐτοὺς τοῖς ἱμᾶσι τουτέστι συνημμένους καὶ οὐ καθ' ἓνα ἐξέφερεν, ὡς μὴ κατ' ἰδίαν αὐτῶν εἰθισμένων ἠγιοχεῖσθαι. Nescio quid ea de re senserit ὁ φιλολόγῳ φιλιππότατος, Godofredum Hermannum dico, sed mihi certe ea ratio incommodissima videtur. Convenit tamen, quod statim sequitur: Diomedes equum conscendit:

καρπαλίμως δ' ἵππων ἐπεβήσετο, κόψε δ' Ὀδυσσεὺς
τόξῳ.

Casu enim oblitus fuerat flagellum sumere. Deinde postquam pervenerunt ad locum, ubi Dolonem trucidarant, Ulysses equos inhihet, descendit Diomedes et spoliis Ulyssi traditis, conscendit iterum non equum sed equos:

ἐνθ' Ὀδυσσεὺς μὲν ἔρυνξε διίφιλος ὠκίας ἵππους,
Τυδείδης δὲ χαμᾶζε θορῶν ἔναρα βροτόεντα
ἐν χεῖρεσσ' Ὀδυσῆϊ τίθει, ἐπεβήσετο δ' ἵππων.

Cur auriga potissimum tenet spolia? An reddidit Diomedī κατὰ τὸ σιωπώμενον, postquam ille equum suum conscendit? Non habeo equidem quod respondeam; videantur Duntzeri Disput. Hom. p. 319.

Curribus usus constare potest in planitie, sed omnem fidem superat quod

Nestor de se praedicat, se in bello quod inter Pylios et Epeos gestum est, quinquaginta curribus potitum esse, *A* 748 :

πεντήκοντα δ' ἔλον δίφρους, δύο δ' ἀμφὶς ἕζασον
φῶτες ὀδάξ ἔλον οὔδας.

Sed indidem factum esse suspicor, ut Nestor cum magno numero equorum, quos domi in herbidis pratis aluisset, Trojam venerit, nam eo ducit certe *A* 301, dum neque Ulysses neque Aiax Telamonis filius quippe in insula nati curru utantur; quamquam hoc quidem non perpetuum est, nam ne alter quidem Aiax currum habet, cf. *A* 274. Sed quorsum pertinent Nestoris ad suos milites verba *A* 306 :

ὅς δέ κ' ἀνήρ ἀπὸ ὧν ὀχέων ἔτερ' ἄρμαθ' ἵκνται
ἔγχει ὀρεξάσθω,

cum tantum non semper omnes de curru descendere soleant, antequam cum hoste congregiantur? Accedit quod plerique omnes caeduntur, qui de curru certare ausi sunt, Phegeus *E* 15, Pandarus *E* 294, Isus et Antiphus *A* 109, Pisander et Hippolochus *A* 144, alii fortasse.

Verum quidem est, quod scribit Eyssenhardtus, novem tantum esse Graecos, qui nominatim dicantur currus habuisse, Trojanos vero viginti septem, sed non satis attendit fuisse tamen *apud utrosque* multo majorem curruum numerum. De Nestoris militibus locum jam indicavi: plures inter eos fuisse qui curru uterentur, monstrat *A* 302: *ἰππεῦσιν μὲν πρῶτ' ἐπετέλλετο*. Ubi praeterea bini caeduntur, v. c. *E* 542 Dioclis filii ab Aenea interficiuntur, credibile est eos *παραιβάτην* et *ἠνίοχον* fuisse. Paulo autem rarius sermo fit de curribus Graecorum, nam ipsi cupide Trojanorum equos in castra sua abducunt, Trojani autem numquam nisi fallor, propugnatoribus trucidatis, equos in urbem abegerunt, credo quod equis abundarent, cf. *Φ* 220, et urbs praeterea obsideretur. Sed ut hoc sit, nam non sane intercedo quominus in ea re suum quisque iudicium sequatur, Eyssenhardtus non attendit certe ad *II* 810, ubi uno versiculo decem currus simul memorantur; Euphorbus enim aliquando *φῶτας ἑξήκοσι βῆσεν ἄρ' ἵππων*.

Denique miror non saepius aurigas sapientissimo consilio retro currus convertisse, quo pertinet utilissimum Scholium ad *O* 449 de versibus quos Aristarchus olim spurios iudicarat: *ὑξερον δ' ἐν τοῖς περὶ τοῦ ναυσάθμου ἀπολογεῖται τὸν γὰρ ἠνίοχόν φησιν ἀπεξράφθαι πρὸς τὸ πεδίον καὶ τοὺς ἵππους, τὸν δὲ παραιβάτην πρὸς τὰς ναῦς ἐπὶ τοῦ δίφρου*. — Equorum *πῖδα* semel inveniuntur, nempe *N* 36.

§ 17.

Ut ostendamus quantum interfuerit inter heroum mores et eorum Graecorum, qui post vixerunt, age quaedam videamus de vita privata. Itaque primum in conviviis mulieres mensae non adhibitae. Tum convivae adsidebant, non accumbant, quod ostendit *K* 578:

τὼ δὲ λοεσταμένῳ καὶ ἀλειψαμένῳ λίπ' ἐλαίῳ
δείπνῳ ἐφιζανέτην,

vel *α* 145:

ἐξείης ἕζοντο κατὰ κλισμούς τε θρόνους τε.

Deinde nullum convivium nisi sacris peractis, quod Athenaeum non fugit, cuius verba sunt *V* p. 192 B: *πᾶσα συμποσίου συναγωγή παρὰ τοῖς ἀρχαίοις τὴν αἰτίαν εἰς θεὸν ἀνέφερε*. Praeterea poeta coronas novit, quod ostendit usus verbi *ζεφανοῦν*, *κ* 195:

νῆσον ἦν περὶ πόντος ἀπείριτος ἐξεφάνονται,

ipsumque *ζεφανος* vocabulum, *N* 736:

παντὴ γὰρ ζεφανος πολέμοιο δεδήει.

Coronam Apollinis Chryses in sceptro gerit *χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ*, et de virginibus in scuto Achillis legimus, *Σ* 597:

καὶ ῥ' αἱ μὲν καλὰς ζεφάνας ἔχον.

Sed heroes ipsi numquam repraesentantur coronati. Athenaeus scribit *I* p. 18 E: *ἀλλ' οὐδὲ ζεφανομένους εἰσάγει, καίτοι τῷ ἐκ τῆς μεταφορᾶς ὁμοιώματι σημαίνεται ὅτι ἤδει τὸν ζεφανον*. Itaque nimium est quod legimus in Scholio ad *A* 700: *ζεφανον δὲ ὄλωσ οὐκ οἶδεν ὁ ποιητής, οὐκ ἐν νίκη, οὐκ ἐν θυσίαις, οὐκ ἐν συμποσίῳ*. Veriora docet Schol. *N* 736: *ἡ διπλῆ ὅτι ζεφανον ἠρωικὸν πρόσωπον ὠνόμακε οὔτε γὰρ οἱ τῆς Πηνελόπης μνηστῆρες οὔθ' οἱ Φαίακες οὔθ' οἱ ἐπὶ τῶν θυσιῶν ἐξέφοντο*. Etiam annulorum usus heroibus incognitus; itaque si verum est quod disputat Gerlachius in *Philologo* XXX p. 49¹⁾ antiquissimis temporibus jam annulos in usu fuisse, quod commendatur sane propter *Σ* 401, ornamentum muliebri possit videri, si quidem cum contemptu de duce quodam Trojano dicitur, *B* 872:

ὃς καὶ χρυσὸν ἔχων πόλεμόνδ' ἴεν ἠὔτε κούρη.

Vide quoque *P* 52. Pauca quaedam subnectam de artibus quae Homero ignotae fuisse videntur, initio facto a Wolfii verbis, quae leguntur in *Prolegomenis* p.

XCII: „Non enim apud illum nisi bis terve hoc genus reperio eruditae artis quod poetae cultiorum aetatum affectant, quum superiorum fabulosas res gestas scenae reddentes cavent sedulo, ne priscam sinceritatem novis moribus infucent, quo facilius lectoribus vel spectatoribus propter antiquitatis peritiam incredulis imponant eosque rebus ac personis, quibus cum maxime volunt, interesse et tota mente quasi cum illis vivere cogant.” Quum Wolfius ita scriberet, ipse supra jam quaedam exempla illius eruditae artis posuerat, p. LXXX. Novit Homerus usum elixarum carnum, heroes apud eum ea arte numquam utuntur, cf. Antiph. ap. Athen. I 12 B et Eubul. ap. eund. I 25 C. Pingendi artem Homerus nullam novit; textilia et cognatarum artium opera memorat multa, picturam nullam. Heroibus equitatio neque militiae neque domi usitata fuit, nec tamen eadem res Homero inaudita fuit. Lehrsius in libro de Aristarchi studiis p. 333, ubi disputatio ad idem argumentum pervenit, addit unguenta, coronas, tubam. Sed alia praeterea addi possunt, quae ad illam eruditam artem pertinent. Homerus v. c. urbem Corinthum appellat, heroes Ephyram, cf. Lehrs. Aristarch. p. 231. Sed luculentius est quod Lehrsius ostendit p. 175 his verbis: De sole occidente Homerus nunc dicit Oceano submergi, nunc subire terram, et hoc quidem in heroum persona. Probat rem Lehrsius laudatis scholiis ad *II* 422, *Θ* 485 et *Α* 735, sed nescio quomodo omisit addere de hoc argumento locos, qui sunt in Scholio ad *μ* 3 et imprimis apud Athenaeum XI 470. Itaque Apollonius Rhodius qui in talibus rebus Homerum sedulo imitari studet, erravit quum scriberet *γ* 1191:

ἥλιος μὲν ἄπωθεν ἐρεμνὴν δῦετο γαίαν.

Alia affert Bergk in Hist. Litt. Gr. p. 792 acute quidem et docte, sed sic ut tamen fortasse de nonnullis in utramque partem possit disputari. Sed utcumque ea de re existimabitur, id tamen prorsus constat, esse quaedam apud Homerum exempla eruditae illius artis, quam dixit Wolfius. Itaque, etiamsi Homerus in neutro carmine scribendi artem memoraverit, qua de re fidentius quam aequum est a viris doctis pronunciarum solet, minime tamen inde sequitur ipsi poetae utilissimam artem incognitam fuisse. Saepe equidem cum in iis quae attulimus tum in aliis plurimis, Homeri *eruditam* artem admirari soleo, cum videam reliquos poetas ne eam quidem assequi potuisse. Apollonius Rhodius enim imprudens scribendi artem memoravit *δ* 279 et Virgilius III 443, VI 74, de quo vide Wagneri Quaest. XXXIX.

De mercatoribus et opificibus apud Homerum multa utilia congescit Piersonus in Museo Rhenano XVI 82; addo Riedenauerum in peculiari libro de hoc argumento et Thaerum in Philologo XXIX p. 601. De hoc genere pauca nobis examinanda sunt. Notabimus v. c. esse quaedam nota Homero, usum molae et

stercorationem, quarum rerum apud Hesiodum nullum vestigium reperitur; cf. Bergkii in Historia Litt. Gr. p. 958. Sequitur opinor artium illarum et opificiorum, Graecis utique, initia ex Asia repetenda esse, non ex Europa. Eodem fortasse pertinet, *αὐλοὺς* et *σύριγγας* in castris Trojanorum memorari, *K* 13; itidem in scuti descriptione *Σ* 495: *αὐλοὶ φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον* et *Σ* 526: *δύω δ' ἄμ' ἔποντο νομῆες τερόμενοι σύριγγι*, nam οὐχ 'Ελληνικὸν οἱ αὐλοί, ut apud Scholiastam est. Itaque Graeci in castris otium fallunt non sicuti Achilles canendo, sed tractandis armis, *B* 774:

*δίσχοισιν τέροντο καὶ αἰγανέησιν ἰέντες
τόξοισίν τε.*

Pueri talis ludunt *Ψ* 88, proci tesseriς *α* 107.

Nimis multi etiam hodie esse videntur, qui in plerisque apud Homerum morum quandam feritatem agnoscant. Equidem concedo heroes pronos fuisse ad iram; fateor Achillem, Agamemnonem, alios, ferarum ritu eo perducere quo iusserit splendida bilis, sed multa quoque video documenta, mores esse emollitos. Imprimis eo pertinet, abrogatum esse usum venenatarum sagittarum, quem superior aetas vidisset, cf. *α* 260. Ab Herculis temporibus usque ad bellum Trojanum insignes fuere humani ingenii progressus et laudabilia sane artium incrementa. Exemplo sit navigatio, de qua apud Homerum locos multi collegerunt et reliquis fortasse accuratius Piersonus in Museo Rhenano XVI p. 84. Jam Homerus norat, quod solum habeo addendum, pugnam navalem, nam bis invenimus *ξυσὰ ναύμαχα* usurpata, *O* 389, 677. Deserit Homericam consuetudinem Apollonius Rhodius *α* 396, ubi repraesentat binos remiges singulos remos tractantes, *ἄνδρ' ἐντυναμένω δοιὼ μίαν*.

Servi qui bello plerumque capti sunt, *δμῶες* vocantur et *δμωαί*. *Δούλοι* nusquam occurrunt, sed semel est *δουλοσύνη* *χ* 423, *δούλειον εἶδος* *ω* 252 et *δούλιον ἦμαρ* *ξ* 240. *Δμῶες* vocantur *ἀναγκαῖοι* *ω* 210. In Ulyssis regia quinquaginta servae sunt, servi non sunt. Nihil tamen hoc pertinet ad cognoscendos mores veterum illorum, nam qui poeta Polyphemo pastori canem non addidit, credo ne in fabula *τὴν πιθανότητα* everteret, idem servos in regia adesse noluit, primum ut magis conspicua foret in Ulysse virtus, cui domum reverso nemo opem ferret, deinde ne quis forte miraretur, neminem ex illorum numero procos auxilio suo adjuvare. Hoc quoque pertinet ad artem Homeri, quam multi non agnoscunt, cum videant omnia apud eum simplicia esse et ipsi naturae quodammodo propiora. Equidem in Homero saepissime poeticum artificium deprehendere mihi videor artemque quo melius dissimuletur, eo maiorem fuisse existimo.

Praeter servos *Θῆτες* quoque sunt, qui et *ἔριθοι* interdum vocantur, *ἐλεύθεροι*

μὲν, μισθῶ δὲ δουλεύοντες, opinor quia agri illis non obvenerant, *ορανῆ μανοεμρανῆ*, nam sunt hodie in oriente quae cum Homericis temporibus utiliter possint comparari. Hominum illorum longe miserrima erat conditio veroque nomine multum infra servos: *βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ*, nota sunt Achillis verba ad Ulysssem. Ceterum in castris Graecorum multae servae, quarum multiplex usus, *I* 477, 658, Σ 28, nam captivos venundabant. Apparet hoc vel ex *II* 475, quamquam recte adscribitur: *ἀθετεῖται ὅτι νεωτερικῆ ὀνομασίᾳ τοῦ ἀνδράποδον*, cct. Praeterea cf. Groti Hist. Graec. II p. 98 sqq et Gladstonii Disquis. Hom. p. 353 Ed. Germ.

Hic non alienum fuerit describere Wolfii verba in Praefatione ad Iliadem p. XXI: „Nunc quoque usu evenit mihi nonnumquam, quod non dubito eventurum item aliis esse, ut, quoties abducto ab historicis argumentis animo redeo ad continentem Homeri lectionem et interpretationem, mihiq̄ impero, illarum omnium rationum oblivisci, quantum potest, et cum veteribus Grammaticis nonnullas *ῥήσεις* postremarum rhapsodiarum ut interpolatas legere, et alia pro indubiis sumere plura, quae nos ad pristinam legendi consuetudinem reducant, atque ita penitus immergor in illum veluti prono et liquido alveo decurrentem tenorem actorum et narrationum; quoties animadverto ac reputo mecum, quam in universum aestimanti unus his Carminibus insit color, aut certe quam egregie Carmini utrique suus color constet, quam apte ubique tempora rebus, res temporibus, aliquot loci adeo sibi alludentes congruant et constant, quam denique aequabiliter in primariis personis eadem lineamenta servantur et ingeniorum et animorum: vix mihi quisquam irasci et succensere gravius poterit, quam ipse facio mihi, simulque veteribus illis, qui tot obiter jactis indiciis destruunt vulgarem fidem ac suam ipsorum, soleoque interdum castigare sedulitatem et audaciam meam, quae timido alioquin et antiqua libenter retinenti, nec sine religione monumenta vetusta tractanti, hanc extorquet voluptatem, ut pro Homereis habeam omnia, atque Homeri unius artem admirer in his, quae apud eum hodie legimus.” Idem argumentum ab eodem in Prolegomenis sic tractatur p. CCLXV: „Neque vero ita deformata et difficta Carmina sunt, ut in rebus singulis priscae et suae formae nimis dissimilia esse videantur. Immo congruunt in iis omnia ferme in idem ingenium, in eosdem mores, in eandem formulam sentiendi et loquendi. Eam rem quisque intime sentit, qui accurate et cum sensu legit: ac ne id sentias tantum, sed causis suis cognoscas, saepe tibi ab his carminibus ad Apollonium Rhodium, ad alios Alexandrinos poetas et eum qui vulgo Homeri imago putatur, Quintum Smyrnaeum transcurrendum est.” Ea certe omnia rectissime et eleganter disputata esse concedes, sed nunc vide mihi quam absurde quasi ad incitas redactus Wolfius reliqua conjiciat: „Quid autem? si mirificum

illum concentum *revocatum* in primis Aristarchi eleganti doctrinae et ingenio debemus." Nunc certe Wolfius multum *αὐτὸς αὐτοῦ χείρων.*

§ 18.

De usu ferri apud Homerum multi scripserunt, inter quos cum laude nominandi sunt Maximilianus Mullerus in praelectionibus de origine linguarum II p. 255, Piersonus in Museo Rhenano XVI p. 99, Gerlachius in Philologo XXX p. 489, Belochius denique in Museo Philologico Italico II p. 49. Equidem lubens profiteor me ex illorum doctissimorum virorum disputationibus multum profecisse, sed esse tamen mihi videntur, quae melius constitui possint. Quod Belochius v. c. ostendere voluit ferrum non memorari in Homericorum carminum partibus paulo antiquioribus, ea mihi ratio neutiquam probatur et sequor Mulleri iudicium, qui minime dubitat quin in Graecia usus ferri multo sit Homero antiquior. Ex locorum indice, quem Belochius confecit, apparet in Iliade aes memorari locis 279, in Odyssea vero 80, ferrum in Iliade locis 23, in Odyssea 25. Ex his numeris effici posse videtur, in Iliade quo sit vetustius carmen, aes crebrius memorari, in Odyssea autem eam temporum rationem describi, quibus aes jam eviluisset, ferri vero jam crebrior usus esset. Quam sit hoc prorsus falsum, ex diligenti locorum comparatione apparebit, simulque videbimus in ea quaestione quae est de usu aeris et ferri, inter utrumque carmen ne minimum quidem intercedere discrimen.

Ac primum constat veterum aes, in quo mature plumbum album admisceri coepit novem partibus aeris puri, indurescere quum sensim frigescat: quod in ferro prorsus contra est. Norat hoc Homerus, quod cum ex ipsa rei natura apparet, tum ex *ι* 391:

*ὡς δ' ὄτ' ἀνὴρ χαλκὸς πέλεκυν μέγαν ἢ σκέπαρον
εἶν ὕδατι ψυχρῷ βάρη μεγάλα ἰάχοντα
φαρμάσσων· τὸ γὰρ αὐτὲ σιδήρου γε κράτος ἐστίν.*

Quam dura autem fuerint aenea arma, videmus *Γ* 363, ubi Menelai gladius *τριχθὰ τε καὶ τετραχθὰ* confringitur, neque abutar *Α* 237 ad probandum argentum fuisse aere durius, quod non minus absurdum foret, quam si quis propter *Υ* 271 vel *Φ* 592 contendēret *κασσίτερον* aere esse duriolem, quod tamen de plumbo albo nemo concesserit. Quae Schliemannus invenit arma, ex aere puro omnia sunt, duabus securibus exceptis. Phoenices autem plumbum album ex Hispania et ex Britannia importabant.

Aes non nascitur in Graecia ipsa, sed afferebatur ex urbe Temesa, de cuius

situ dubitatur, sed in insula Cypro fuisse creditur; ferrum autem exportabatur. Mentoris verba sunt α 184:

νῦν δ' ὧδε ξυν νηὶ κατήλυθον ἠδ' ἐτάροισιν,
πλέων ἐπὶ οἶνοπα πόντον ἐπ' ἄλλοθρόους ἀνθρώπους,
ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν, ἄγω δ' αἰθωνα σίδηρον.

Quam pretiosum aes fuerit, ex eo imprimis apparet, quod Glauci aurea arma centum bubus constabant, Diomedis vero aenea arma bubus novem. Hinc ut declaretur, quam opulenta urbs fuerit Sidon, dicitur πολύχαλκος ο 425. Trojanorum divitiae auro et aere constant Κ 315, Σ 289, Χ 50, 340, Ithacensium item χ 58. Ulysses abundabat auro, aere, veste, oleo, vino β 338; eidem Phaeaces dederunt aes, aurum, vestem ε 38, ν 13, 136, π 231, ψ 341. Praeda bellica, quam Graeci milites reportarunt, constabat aere, auro, equis, ancillis, Β 226, Ι 137, 279, Ψ 549. Quin et pecunia signata nondum reperta, gravi aere utebantur in mercium permutationibus: vinum emunt Graeci milites aere, ferro, coriis, bubus, servis, nam nunc nihil refert spurium et interpolatum esse extremum septimum Pliadis librum. Ne quis autem ferri mentionem in ea re miretur, recordetur Achillem quoque praedae nomine accepisse aurum, aes, ferrum, ancillas, Ι 366 et in ludis praemia ab eo proponi aenea vasa, equos, mulos, boves, servas atque ferrum. Mercatores ex Taphiis insulis ferrum exportasse vidimus; ferrum quoque est in domo Ulyssis φ 61, ferrum denique inter divitum hominum possessiones refertur noto versiculo qui quinquies repetitur, Ζ 48, Κ 379, Α 133, ξ 324, φ 10:

χαλκόν τε χρυσόν τε πολύκιμητόν τε σίδηρον.

Quia aes ferro multo est pretiosius, quidquid est deorum aeneum fuisse perhibetur. Deorum est χαλκοβατὲς δῶ, Α 426, Ξ 173, Φ 438, 505, Θ 321; Vulcani est χάλκεος δόμος: ipse χαλκεὺς est Ο 309 in eiusque officina aes reperitur, ferrum non memoratur. Aeoli insulam circumdat τεῖχος χάλκεον κ 4, Tartari est χαλκεος οὐδός Θ 15 et Mars inclusus fuit χαλκίῳ ἐν κεράμῳ Ε 387. Ipse Mars, sed hoc ad eius armaturam pertinet, χάλκεος est Ε 704, 859, 886, 887, Η 146, Η 543 et ὕπνος χάλκεος dicitur Α 241.

Equi deorum χαλκόποδες sunt Θ 41, Ν 23; Neptuni currus est χάλκεος ἄξων, sed Junonis currus habebat σιδήρειον ἄξωνα, Ε 722:

Ἥβη δ' ἄμφ' ὀχέεσσι θοῶς βάλε καμπύλα κύκλα,
χάλκεια ὀκτώκνημα, σιδηρέῳ ἄξονι ἄμφις.
τῶν ἦτοι χρυσέη ἵτις ἀφθιτος, αὐτὰρ ὑπερθεν
χάλκε' ἐπίσσωτρα προσαρηρότα, θαῦμα ἰδέσθαι.

Hoc unico loco excepto quidquid apud Superos ex metallo est, aureum est vel argenteum vel aeneum; accedit apud inferos porta Tartari Θ 15:

ἐνθα σιδήρειαί τε πύλαι καὶ χάλκεος οὐδός.

Ipsium coelum ter χάλκεον dicitur E 504, P 425, γ 2; bis σιδήρεον nempe ο 328, ρ 565.

Quia norant Graeci quod ignorare nequaquam potuere, ferrum longe esse durissimum, *metaphorice* de quavis re durissima non aes usurpatur sed *ferrum*. Semel χάλκεον ἦτορ inveni B 490, semel ὅπα χάλκεον Αἰακίδαο Σ 222, sed σιδήρειος ὄρυμαγδὸς χάλκεον οὐρανὸν ἴκε, P 424, εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἰθῶνι σιδήρῳ Y 372 et in Odyssea τ 494:

οἶσθα μὲν οἶον ἐμὸν μένος ἔμπεδον οὐδ' ἐπιεικτόν,
ἔξω δ' ὡς ὅτε τις ξερῆ λίθος ἢ σίδηρος.

Quo sensu legitur etiam Ψ 177:

ἐν δὲ πυρὸς μένος ἦκε σιδήρεον ὄφρα νέμοιτο.

Sicuti μένος, sic θυμὸς quoque σιδήρεος dicitur X 357: ἦ γὰρ σοί γε σιδήρεος ἐν φρεσὶ θυμὸς, qui versiculus recurrit paucis mutatis ψ 172 et praeterea invenio ε 191:

οὐδέ μοι αὐτῇ
θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι σιδήρεος ἀλλ' ἐλεήμων.

Sicuti modo χάλκεον ἦτορ habuimus, sic σιδήρειον est Ω 205 et 521 et κραδίη σιδηρῆ δ 293, quo pertinent etiam Eurylochi ad Ulysses verba, μ 280:

σχέτλιός εἰς Ὀδυσσεῦ· περί τοι μένος, οὐδέ τι γυῖα
κάμνεις· ἦ ῥά νυ σοί γε σιδήρεα πάντα τέτυκται.

Atque ejusdem Ulyssis oculi τ 212 ὡς εἰ κέρα ἔσασαν ἢ σίδηρος ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι. Deinde eo contulerim quod de Graecis dicitur Δ 510: ἐπεὶ οὐ σφι λίθος χρῶς οὐδὲ σίδηρος.

Semel omnino apud Homerum ferrum usurpatur de armis in universum, nempe π 294: αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος, qui locus iteratur τ 13 — quibus de versibus Kammerum vide p. 579 — sed reliquis locis omnibus propemodum innumeris aenea arma sunt, galea, gladius, hasta, lorica, scutum, omnia denique. Ἀξίγη quoque aenea est Ν 612, cf. Schliemann. Antiqq. Troj. p. 290, et Orion apud inferos ῥόπαλον habet παγχάλκεον αἰὲν ἀαγές. Atque divites etiam metallo pretiosiore, aere non ferro utuntur ad domus ornandas; hinc aere

splendet Menelai domus δ 72 et Alcinoi χαλκοβατῆς δῶ cum aeneis liminibus, postibus, parietibus, ν 4, η 83, 86, 89. Currus quoque aere insignes sunt, Δ 226, Κ 322.

Quod Herodoti diserto testimonio novimus, Homeri aetate ferruminatio nondum inventa erat necdum bene noverant mortales, uti opinor, *acuere* ferrum. Hinc *pauperes* homines, ubi possunt, ferro utuntur sed in plerisque rebus tum domi tum militiae imprimis *coguntur* uti aere, h. e. metallo adventicio et longe pretiosiore. Hinc agricolae utuntur ferro et vomerem aratri jam ferreum habebant, cum in eo acies non adeo requiratur, vid. Ψ 834 et de eo loco Lehrsius in libro de Aristarcho p. 435, sed ferreae cuspides, ferrei gladii, ferreae loricae nondum erant, quibus dummodo cognovissent, omnes milites libentissime usi fuissent, sed erat σίδηρος πολύμητος. Eodem refero *aenea* vasa habuisse Achillem Σ 349, Alcinoum Θ 426, Ulysssem τ 469, ut Circen taceam κ 360. Sed etiam claves aeneae sunt φ 7 et hami ΙΙ 408.

Minime mirum est *ferrea* vincula inveniri α 204 εἰ πέρ ε σιδήρεα δέσματ' ἔχουσιν, nam possunt ea metaphorice accipi, quo de usu supra vidimus, neque est cur miremur veterem heroem Areithoum *ferreum* habuisse clavum Η 141, sed pauci quidam alii loci etiamnunc manent examinandi. Sagittae v. c., ut aequum est, semper sunt *aeneae*, Merionis Ν 650, Alexandri Ν 662, Teuceri Ο 458, 465, Ulyssis denique α 262, φ 423; verum de Pandaro legimus Δ 123:

ἔλκε δ' ὁμοῦ γλυφίδας τε λαβὼν καὶ νεῦρα βόεια·
νευρὴν μὲν μαζῶ πέλασεν, τόξω δὲ σίδηρον.
αὐτὰρ ἐπειδὴ κυκλοτερὲς μέγα τόξον ἔτεινεν,
λίγξε βιός.

Est prorsus incredibile Homerum jam novisse ferratas sagittas et satis apud me constat, versiculum spurium esse, quippe additum aliquot saeculis postquam utrumque carmen eam formam induit, quae hodie in plerisque servatur. Spurium versus fecit ut hodie legeretur vs. 139:

ἀκρότατον δ' ἄρ' οἰσὸς ἐπέγραψε χροά φωτός,

cum vetusta lectio esset ἀκρότατον δ' ἄρα χαλκός, cf. Düntzer. Zenodot. p. 85. Similis causa est loci qui legitur Σ 34:

Ἀντίλοχος δ' ἐτέρωθεν ὀδύρετο δάκρυα λείβων,
χειῖρας ἔχων Ἀχιλῆος — ὁ δ' ἔξενε κυδάλιμον κῆρ —
δεΐδιε γὰρ μὴ λαιμὸν ἀποτμήξειε σιδήρω.

Primum enim molestum est τὸ ἀμφίβολον, quod non fugit Aristarchum, cuius doctrina tantum non integra servata videtur ab Aristonico. Deinde hoc solo loco

in Iliade mors memoratur voluntaria, nam in Odyssea misero modo perit Iocaste, ἀψαμένη βρόχον αἰπὺν ἀφ' ὑψηλοῦ μελάθρου, λ 278, quod condonare Homerus poterat mulieri, non poterat viro in quem tanta desperatio degeneris animi non caderet. Nec Menelaus quantumvis cupienti manus sibi inferre ausus est, δ 539:

οὐδέ νυ μοι κῆρ
ἦθελ' ἔτι ζῶειν καὶ ὄρᾶν φάος ἡελίοιο.

Vidit hoc quoque Apollonius Rhodius, qui dum sedulo imitando exprimere studet mores veteris aeri, ter memorat voluntariam mortem, semper mulieris, nunquam viri, α 1065, γ 789, δ 21. Sed quid opus est pluribus in re aperta? Quivis videt spurium esse versum quem dixi.

Cultri quoque necessario aenei sunt, vide modo Γ 292, Τ 266, μ 173; semel ferreum cultrum invenio Ψ 30:

πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθουν ἀμφὶ σιδήρῳ,

sed fieri non potest ut eo loco genuina lectio servata sit: ad rem certe divinam faciendam nemo prorsus apud Homerum umquam ferrum adhibet.

Denique *secures* sunt et aeneae et ferreae. Aeneas secures Graeci milites habent qui castris exierunt lignatum Ψ 118; Ithacenses utuntur aeneis securibus ad lignum findendum, ξ 418, σ 309; quin et Ulysses ipse ψ 196, nam quod Calypso quippe immortalis dea aeneam securem Ulyssi porrigit, id minime mirum, ε 162, 235, 244. Sed fabri lignarii habent *ferreas* secures in Odyssea ι 391, quem locum in hac paragrapho primum apposui et Α 485:

τὴν μὲν θ' ἀρματοπηγὸς ἀνὴρ αἰθωνι σιδήρῳ
ἐξέταμ'.

Praemia proponit Achilles Ψ 850 *ferreas* secures, δέκα μὲν πελέκειας δέκα δ' ἡμιπέλεκκα. Secures denique, quarum per foramina Ulysses sagittam mittit, *ferreae* erant, τ 587, φ 3, 81, 97, 114, 127, 328, ω 168, 177. Neque urgendum videtur quod Α 236 noto loco legitur περὶ γὰρ ῥά ἐ χαλκὸς ἔλεπεν, nam χαλκὸς nomen est interdum generale et χαλκεὺς dicitur ι 391, qui tamen σιδηρεὺς erat.

Quod supra disputavimus, fere ad mathematicorum rationem confirmari poterit. Quia in Iliade omnia ad bellum referuntur, si exceperis omnes locos quibus aenea *arma* memorantur, qui sunt in Iliade numero 212, in Odyssea 42; si praeterea detraxeris locos qui sunt de usu aeris apud deos, qui sunt in Iliade 23, in Odyssea 7; si denique unius loci instar habueris novem versus qui sunt de ferreis securibus in domo Ulyssis: apparebit in Iliade aes memorari locis 44, in Odyssea locis 31; ferrum vero in Iliade locis 23, in Odyssea 17. Quia inter

hos numeros tantum non accuratissime eadem ratio intercedit, luculenter apparet, quod dixi, in ea quaestione quae est de usu aeris et ferri ne umbram quidem discriminis inter utrumque carmen superesse. Ceterum ne quid desit, addendum videtur ferrum non memorari libris quos indicabo: *A, B, Γ, Μ, Ν, Ξ, Ο, Π, Τ, Φ, β, γ, ζ, η, θ, κ, λ, ν, σ, υ, χ*, aeris mentionem nullam fieri libris *ζ, π, ρ*.

Hesiodi eadem propemodum ratio est quae Homeri, cf. Theog. 865, *Εργ.* 151, 176, 387, 420 nec peccavit Apollonius Rhodius in Homericis tempora quatuor locis quibus ferri apud eum mentio fit, *α* 733, *β* 141, 340, 376.

De reliquis metallis quae apud Homerum memorantur, conferri poterunt Piersonus in Museo Rhenano XVI p. 99, Gerlachius in Philologo XXX p. 489 de vestigiis aetatis aeneae et Buchholzius in Real. Hom. I 2 p. 289 sqq.

§ 19.

De talento apud Homerum multi egerunt omniumque quos memini postremus Wilhelmus Piersonus in Museo Rhenano XVI p. 111. Superest tamen quod melius constitui posse videtur. Constat inter omnes, Homerum nondum nosse nummos signatos; constat omnia boum pretio aestimata fuisse; constat χρυσοῦ τάλαντον certum auri pondus indicare; constat Homericum talentum multo esse minoris quam Atticum; quot autem bubus aestimatum fuerit, minime constat. Achilles Ψ 269 praemium pollicetur γυναῖκα

καὶ τρίποδ' ὠτώεντα δυωκαιεικοσίμετρον
τῷ πρώτῳ ἀτὰρ αὖ τῷ δευτέρῳ ἵππον ἔθηκεν,
.....
αὐτὰρ τῷ τρίτῳ ἄπυρον κατέθηκε λέβητα,
.....
τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα.

Itaque apparet λέβητα ἄπυρον pluris fuisse quam duo auri talenta. Alibi Achilles Ψ 884:

καὶ δὲ λέβητ' ἄπυρον, βοὸς ἄξιον, ἀνθεμόεντα
θῆκε' ἐς ἀγῶνα φέρων.

Unde sequitur λέβητα ἄπυρον tantidem fere esse et bovem pluris esse quam duo talenta. Nec discrepat sane Ψ 740:

δεύτερον αὖ βοῦν θῆκε μέγαν καὶ πίονα δημῷ,
ἡμιτάλαντον δὲ χρυσοῦ λισσθήϊ' ἔθηκεν.

Τρίπους pretiosissimus esse potest, qualis ille fuit δυωδεκάβοιος quem Achilles

pollicetur Ψ 702, sed alii erant multo minoris. Quod Agamemnon spondet se daturum I 122:

ἑπτ' ἀπύρους τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα,
 αἰθωνας δὲ λέβητας εἴκοσι, δώδεκα δ' ἵππους,

 δώσω δ' ἑπτὰ γυναῖκας ἀμύμονα ἔργα ἰδυίας.,

primum id confirmat quod de talenti pretio supra dixi, tum nunc demum apparet Agamemnonem in enumerando a vilioribus procedere ad pretiosiora. Equos multo fuisse pluris quam boves, tum sponte sequitur, tum ex certo enumeratarum rerum ordine et numero confirmatur. Plura non extrico. Cf. Gladstonii Disq. Homeric. p. 452 et Synchronism. p. 52, sed imprimis Schliemanni Antiquitates Trojanas p. 289, in quo libro de laminis argenteis agit, quae *ταλαντιαῖαι* fuisse creduntur: sunt autem gramm. 171—190. Alia collegit Buchholzius in Real. Hom. I 2, p. 303.

§ 20.

Maxima cum voluptate legi saepiusque relegi doctum librum Victoris Hehnii de plantis et de animalibus domesticis. Nunc autem videtur operae pretium colligere quae in eius dissertatione referri posse videntur ad quaestionem de origine Homericorum carminum. Quae variis locis dispersa leguntur, componam in unum meo arbitrato et praeterea addam quae ab Hehnii consilio aliena erant, nobis autem vel maxime necessaria esse reperientur, ut hoc quoque argumento appareat, quod saepius iam dixi, circa octavum ante Christum saeculum utriusque carminis formam, paucis quibusdam interpolationibus detractis, eandem fere fuisse quae etiam hodie permaneat. Incipiam ab loco quodam in Odyssea, quae Hehnii diligentiam effugisse videtur.

Disputat Hehniius inde a pag. 270 de venatione quae avium rapacium opera fit et multis locis laudatis ostendit eam artem neque olim prorsus incognitam fuisse et tamen quarto demum post Christum saeculo effloruisse et frequentius coli coepisse. Scripserat Ctesias, cuius locum Aelianus servavit in quarto libro de Natura Animalium c. 26, Indos lepores et vulpes venari corvorum et milvorum opera totamque addidit rei rationem, quae convenit fere cum ea quam postera aetas vidit. Ne Aegyptiis quidem fortasse ea ars incognita fuit, sed ex Graecis certe scriptoribus luculentissimum testimonium esse perhibetur Aristotelis, qui in Historia Animalium 9, 36, 4 ita dicit: *ἐν δὲ Θράκης τῇ καλουμένῃ ποτὲ Κεδρόπολει ἐν τῷ ἔλει Θηρέουσιν οἱ ἄνθρωποι τὰ ὀρνίθια κοινῇ μετὰ τῶν ἱεράκων*

οἱ μὲν γὰρ ἔχοντες ξύλα σοβοῦσι τὸν κάλαμον καὶ τὴν ὕλην, ἔν' ἐκπέτται τὰ ὀρνίθια, οἱ δὲ ἰέρακες ἄνωθεν ὑπερφαινόμενοι καταδιώκουσιν ταῦτα δὲ φοβούμενα κάτω πέτεται πάλιν πρὸς τὴν γῆν· οἱ δ' ἄνθρωποι τύπτοντες τοῖς ξύλοις λαμβάνουσι καὶ τῆς θήρας μεταδιδόασιν αὐτοῖς· ῥίπτουσι γὰρ τῶν ὀρνίθων, οἱ δ' ὑπολαμβάνουσιν. Itaque Hehnius immemor fuit Homericorum versuum χ 302, qui ita audiunt:

οἱ δ' ὥς' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες ἀγκυλοχεῖλαι
 ἔξ ὀρέων ἔλθόντες ἐπ' ὀρνίθεσσι θόρωσιν·
 ταὶ μὲν τ' ἐν πεδίῳ νέφεα πτώσσουσαι ἴενται,
 οἱ δέ τε τὰς ὀλέκουσιν ἐπάλμενοι, οὐδέ τις ἀλκή
 γίγνεται οὐδὲ φυγή· χαίρουσι δέ τ' ἀνέρες ἄγρη.

Describit nisi fallor, Homerus eandem rem, quam apud Aristotelem vidimus itaque uterque artis initia novit, incrementa ignoravit. Homeri illud *χαίρουσι δέ τ' ἀνέρες ἄγρη* rem extra dubitationem ponere videtur, quamquam fatendum est me non persuasisse duumviris, qui de meo opusculo iudicium tulerunt. Dum haec scribo, non mihi est ad manus Demetrii Pepagomeni opus, quod *Ἰεραζοσόφιον* inscribitur, sed illud video, Homeri aetate Graeciam abundasse avibus rapacibus, cf. ο 162, 526, alibi.

Nec lubenter tamen heroes avibus vescuntur nec fere nisi fame coacti. De Philocteta res nota et vide Ulyssis verba μ 329:

καὶ δὴ ἄγρην ἐφέπεσκον ἀλητεύοντες ἀνάγκη
 ἰχθῦς ὀρνιθάς τε, φίλας ὅτι χεῖρας ἴκοιτο
 γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν· ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός.

Ovā apud Homerum omnino non memorantur, sed ne ferina quidem carne admōdum delectantur, nam capiunt quidem *αἶγας* ι 160 et *ἐλαφον* κ 158 sed in summa omnium rerum inopia. Paulo crebrius piscibus utuntur. Describitur dives quidam τ 109:

ὄστε Θεουδῆς
 ἀνδράσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισι ἀνάσσω
 εὐδικίας ἀνέχῃσι, φέρῃσι δὲ γαῖα μέλαινα
 πυροῦς καὶ κριθάς, βρίθῃσι δὲ δένδρεα καρπῶ,
 τίττη δ' ἔμπεδα μῆλα, θάλασσα δὲ παρέχῃ ἰχθῦς

Modo piscantur *hamo*, verbi causa μ 251:

ὥς δ' ὅτ' ἐπὶ προβόλῳ ἀλιεὺς περιμήκει ῥάβδῳ
 ἰχθύσι τοῖς ὀλίγοισι δόλον κατὰ εἶδατα βάλλων,

et *II* 407 piscator utitur *λίνω καὶ ἤνοπι χαλκῶ*. Disertius etiam est *Ω* 80:

ἢ δὲ μολυβδαίνῃ ἐκέλη ἐς βυσσὸν ὄρουσεν,
ἢ τε κατ' ἀγραύλοιο βοὸς κέρας ἐμβεβαυία
ἔρχεται ὠμηστῆσιν ἐπ' ἰχθύσι κῆρα φέρουσα.

Modo *rete* utuntur, sicuti *χ* 384:

ὡς τ' ἰχθύας, οὐς ὀ' ἀλιῆες
κοῖλον ἐς ἀγχιάλων πολιῆς ἔκτοσθε θαλάσσης
δικτύῳ ἐξέρυσαν πολυπωῶ.

Et *E* 487:

μήπως, ὡς ἀψῖσι λίνου ἀλόντε πανάγρου
ἀνδράσι δυσμενέσσιν ἔλωρ καὶ κύρμα γένησθε.

Semel quoque urinator memoratur, *II* 747:

πολλοὺς ἂν κορέσειεν ἀνὴρ ὄδε τήθεα διφῶν.

Attamen in ea re veteres heroes multum dissimiles fuerunt iis Graecis qui post vixerunt, nam vix fame coacti ad piscationem decurrunt. Videbamus modo, quid dicat Homerus *μ* 329 et non minus luculentum est *δ* 368:

αἰεὶ γὰρ περὶ νῆσον ἀλώμενοι ἰχθυάσκον
γναμπτοῖς ἀγκίστροισιν ἔτειρε δὲ γαστέρα λιμός.

Itaque verissimum est quod Plato observavit de Rep. III, 404 C: οἶσθα γὰρ ὅτι ἐπὶ ζρατείας ἐν ταῖς τῶν ἡρώων ἐξιάσεσιν οὔτε ἰχθύσιν αὐτοὺς ἐσιε καὶ ταῦτα ἐπὶ θαλάττῃ, οὔτε ἐφθοῖς κρέασιν ἀλλὰ μόνον ὀπτοῖς. Quod autem scribit Plato, carnem apud Homerum assari non coqui, ita verum est Homerum coctionem nosse, heroas tamen eam artem non usurpare. Illud addiderim quod Thaerus observavit in Philologo XXIX p. 599, 603, lac bubulum in Graecia Homeri tempore non videri in usu fuisse. In antro Polyphemi lac caprinum et ovillum est.

Nemo sane mirabitur apud Homerum pavones vel phasianas aves non memorari, quae multis saeculis post demum Graecis innotuerunt. Illud potius animadversione dignum est, Homero et scriptoribus veteris Testamenti elephantum incognitum fuisse, quum tamen ebore uterentur, quod proinde fossicium fortasse fuit et in insula Euboea imprimis reperiri potuit. Itidem dubium potest videri, num Homerus umquam leones viderit, qua de re vide Bergkii iudicium in Hist. Litt. Gr. p. 782, Lehrs. ap. Kammerum de Odyssea p. 794 et Nitzschium in den Beiträgen p. 276, sed ut hoc in incerto positum sit, illud prorsus constat

verum esse quod scribit scholiasta ad *P* 602: ὁ ἀλεκτροῦν οὐδέπω ἔγνωσο. Ne quis hoc fortuitum esse censeat, gallum gallinaceum apud Homerum non memorari, sciat Israelitis quoque et veteribus Aegyptiis, quod ex monumentis apparet, eam avem incognitam fuisse. Scilicet gallina ex India oriunda est primaque eius notitia Persis debetur, unde ab Aristophane *Περσικὸς ὄρνις* et *Μῆδος* dicitur. Hinc ex Graecis scriptoribus quos habemus, Theognis omnium primus gallinae nomen prodidit. Etiam illud addi potest, simiae et vulpis nomina Homerum ignorare.

Quod dixi de gallinis minus fortasse mirum est, nam multi jam observarunt; mihi certe novum fuit quod de columbis Hehnius memoriae prodidit multisque atque idoneis argumentis stabilivit. Scilicet columbarum, ut paucis rem comprehendam duo imprimis genera sunt, alterum agreste, alterum clementius, quod cibo domestico contentum intra limina ianuae solet pasci, quae verba non mea sunt, sed Varronis de Re Rustica III, 7. Hoc genus maxime est colore *albo*, illud alterum agreste sine albo, *vario*. Jam Homerus novit *πελειάς* et *πελειάδας*, i. e. agreste illud genus; columbas albas, quas Graeci *περιξεράς* appellant, non novit. Notum est apud Syros *τὰς περιξεράς* deae consecratas fuisse atque sic e Syria sero admodum, h. e. A° 492 ante Christum, columbae albae in Graeciam advenerunt. Disertis verbis scribit Charon Lampsacenus ap. Athen. IX p. 394: *καὶ λευκαὶ περιξεραὶ τότε πρῶτον εἰς Ἑλληνας ἐφάνησαν πρότερον οὐ γινόμεναι*. Nec quidquam impedit quominus apud Homerum omnibus locis agreste columbarum genus intelligatur. Nec Penelope domi suae gallinas vel columbas alit aut alere potest, quum nondum columbaria essent, sed anseribus delectatur, quamquam aquula in vestibulo deficiente. Cf. Buchholz. Hom. Real. I, 2, p. 120 et Plin. H. N. X. 69.

Satis est verbo dixisse alvearia Homerum nondum cognovisse, nisi quis huc trahere velit *ν* 103, et venio ad mulos, quorum haud ita raro fit mentio, nam asinus in Odyssea nusquam memoratur, in Iliade semel omnino. Scribit Anacreon invenisse Mysos *μίξιν ὄνων πρὸς ἵππους* et convenit Homerus *Ω* 278, ubi plastro muli junguntur quos Priamus a Mysis dono accepit. Alibi *B* 852, idem Eneitis tribuitur:

*Παφλαγόνων δ' ἠγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον·κῆρ
ἔξ Ἐνετῶν ὄθεν ημιόνων γένος ἀγροτεράων.*

Ante Davidis aetatem muli apud Israelitas non memorantur et Homeri aequalibus itidem res nova erat necdum diuturno usu trita, quod efficitur ex versibus, quibus Homerus mulorum praestantiam declarat, *K* 352:

*αἱ γὰρ τε βοῶν προφερέζεραὶ εἰσιν
ἐλζόμεναι νειοῖο βαθείης πηκτὸν ἄροτρον.*

Ithacenses mulis utuntur importatis. Dicit enim Noemon in Odyssea δ 635 se velle:

Ἥλιδ' ἐς εὐρύχορον διαβήμεναι, ἔνθα μοι ἵπποι
δῶδεκα θήλειαι, ὑπὸ δ' ἡμίονοι ταλαεργοὶ
ἀδμητῆς τῶν κεν τιν' ἐλασσάμενος δαμασαίμην.

Verum incredibile est quod fingit Homerus, si quidem jam tunc usu receptum fuit quod Herodotus narrat IV, 30 in Elide equas non admittere asinos, ἀλλ' ἐπεὰν προσίῃ ἢ ὥρῃ κνίσκεσθαι τὰς ἵππους, ἐξελαύνουσι ἐς τοὺς πλησιοχώρους αὐτάς, καὶ ἔπειτ' αὖτις ἐν τῇ τῶν πέλας ἐπιεῖσι τοὺς ὄνους, ἐς ὃ ἂν σχῶσι αἱ ἵπποι ἐν γαστρὶ· ἔπειτα δὲ ὀπίσω ἀπελαύνουσι. Adeo studebant veteres istiusmodi flagitium a suis finibus remove: ubi monstrum conceptum fuerat, ibi matrem parere nolebant, ut penes neutros culpa esse videretur, quae tamen penes utrosque erat. — Denique non negligenda est observatio Lehrsii in libro de Aristarcho p. 68, apud Homerum heroas mulos plaustro perpetuo jungere *ad onera vehenda*.

Canum, Varro inquit de Re Rustica II 9, genera sunt duo, unum venaticum et pertinet ad feras bestias ac silvestres: alterum quod custodiae causa paratur et pertinet ad pastorem. Primum igitur pastoricos canes invenies Σ 578, nam quod Polyphemus canem non habet, pertinet hoc ad poetae artificium, qui Ulysem ex antro dimittere volebat et curavit ne forte canis aut socios dilaniaret aut certe latratu suo proderet domino, cf. Philippi Epigr. in Anthol. Palat. XI 321. Odoram canum vim habes τ 436:

πρὸ δ' ἄρ' αὐτῶν — ἵχνι' ἐρευνῶντες κύνες ἦισιν

De Ulyssis cane legimus ρ 295:

τὸν δὲ πάροιθεν ἀγίνεσκον νεοὶ ἄνδρες
αἴγας ἐπ' ἀγροτέρας ἠδὲ πρόκας ἠδὲ λαγούς.

Idem tamen ille feras quoque sequebatur, ρ 316:

οὐ μὲν γὰρ τιφύγεσκε βαθείης βένθεσιν ὕλης
κνώδαλον ὃ, ττι δίοιτο καὶ ἰχίεσι γὰρ περιήδει.

Sic canes apros adoriuntur Θ 338, Α 324, Μ 42, Ρ 725; leones vero Ε 476, Θ 338, Α 548, Μ 42, Ρ 109, 657. Alii sunt τραπεζῆες κύνες, quos ἀγλαΐης ἐνεκεν κομέουσι ἄνακτες. Sed in omnibus apparet verum esse, quod Nitzschius observavit, nondum eos ingenitam feritatem deposuisse, neque hodie in Graecia canes degenerarunt, cf. Murrais Graeciae Itinerarium p. 86, ubi explicatur ξ 29—36. Multi sunt canes Trojae in urbe, multi in castris Graecorum et de Pa-

troclo novimus habuisse eum novem *τραπεζῆας κύνας*. Quod autem legimus de regina Israelitarum, comedisse canes carnes Jezabel, idem crebro legitur apud Homerum, nam pleraque cadavera insepulta abjiciebantur, cf. Buchholz. Hom. Real. I 2, p. 193. Ecce loci qui huc faciunt *A* 4:

πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
ἠρώων· αὐτοὺς δὲ ἐλώρια τεῦχε κύνεσσιν
οἰωνοῖσιν τε πᾶσι.

B 393:

οὐ οἱ ἔπειτα

ἄρκιον ἔσσειται φυγῆιν κύνας ἠδ' οἰωνούς.

P 127:

ἔλχ', ἔν' ἀπ' ὤμοιιν κεφαλὴν τάμοι ὄξει χαλκῶ,
τὸν δὲ νέκυν Τρωῆσιν ἐρυσσάμενος κυσὶ δοίῃ.

P 241:

ὅς γε τάχα Τρώων κορέει κύνας ἠδ' οἰωνούς.

Σ 271:

πολλοὺς δὲ κύνες καὶ γῦπες ἔδονται
Τρώων.

Non opus est dicere de singulis arboribus, plantis, herbis, quae apud Homerum inveniuntur, nam non hoc agimus ut universam Floram Homericam cognoscamus. Silentio igitur praeteriri poterunt *φηγός* quercus pedunculata, *πτελέη* ulmus campestris, *ἰτέη* salix alba, *μυρίκη* tamarix gallica, *ἐλάτη* pinus picea, *πίτυς* pinus silvestris, *ἐρέβινθος* cicer, *κύαμος* faba, *λωτός* trifolium melilotus, *Θρύον*, *κῦπειρον* cyperus longus, *κρόκος* crocus vernus, *ὑάκινθος*, *δόναξ*, alia multa, nam quid attinet nunc quidem commemorare platanum *B* 307, cypressum *ε* 64 vel buxum *Ω* 269? Cf. Buchholz. Hom. Real. I 2, 213.

Semel omnino memoratur *palma* nobilis, quae hodie phoenix dactylifera dicitur et probe distinguenda est a palma campestri, cui hodie nomen *chamaerops humilis*. Verba sunt Ulyssis ad Nausicaam, *ζ* 163:

Δῆλω δὴ ποτε τοῖον Ἀπόλλωνος παρὰ βωμῶ
φροίνικος νέον ἔρνος ἀνερχόμενον ἐνόησα.

Ex quo loco apparet quam rara ea tempestate arbor esse debuerit, quae neque hodie in Graecia admodum frequens est.

Quod ad *rosam* attinet, neque in Aegyptiacis monumentis conspicitur neque in Vetere Testamento, si apocryphos libros exceperis, mentio rosae reperitur. Ex Graecis scriptoribus primus rosam memoravit Archilochus, nam Homerus, quae Gellii observatio est, oleum ex rosa novit, ipsam rosam non nominavit. Eiusmodi observationibus, quarum est ingens numerus, uti soleo ad comprobandum post Archilochum aut parum aut nihil Homericorum carminum corpori additum fuisse.

Constat Homeri aequales linteas habuisse vestes, vela itidem linteas, alia ex

lino permulta, sed haud scio an perperam Hehnius contendat, ipsius lini culturam iis temporibus in Graecia nondum percrebuisse. Sed laurum videmus admodum fuisse raram, nam semel tantum mentionem ejus factam esse invenimus, nempe ι 182, ubi legimus Polyphemi antrum *δάφνησι κατηρεφές* fuisse.

Excepta caepa, quae memoratur Α 630, τ 232, nulla prorsus olera apud Homerum umquam memorantur, ne allium quidem, sed usus arguitur ex Ν 589, ζ 77 et η 127. Sed utilius erit quaerere de oleo. Ac primum hoc mercimonio ad flammam alendam heroes nondum utuntur, unde efficitur, quod aliunde etiam apparet, qua de re Kammerus adeundus est, insiticiam esse Odysseae particulam, in qua Minerva inducitur, τ 34, *χρύσειον λύχνον ἔχουσα*. Non magis olivae in culina locus est neque adhibent ad cibos condiendos neque olivas comedunt, sed oleo tantummodo utuntur ad corpus inungendum. Saepe Homerus appellat *ἔλαιον ῥοδόεν*, quod diu solum fuit unguenti genus, jam rosae succo reperto. Hinc Plinius in Hist. Nat. XIII 1: Unguenta quis primus invenerit non traditur: Iliacis temporibus non erant. Hinc dubitatum fuit quid proprie intelligeretur ea appellatione *ῥοδόεντος ἔλαιου*. Ecce loci. Ad Ψ 186 *ῥοδόεντι δὲ χριῖεν ἔλαιω* adscriptum est Scholion: *η διπλῆ ὅτι μύρου τὴν μὲν ὀνομασίαν ἀγνοεῖ, τὴν δὲ σκευασίαν οἶδεν· τὸ γὰρ ῥοδίνον οὕτως νῦν εἶπεν ἔλαιον ῥοδόεν*. Athen. I p. 18 E: *Ὁμηρος δὲ τὴν τοῦ μύρου φύσιν εἰδώς, οὐκ εἰσήγαγε μύροις ἀλειφομένους τοὺς ἥρωας, πλὴν τὸν Πάριον ἐν οἷς φησὶ κάλλιϊ ξίλβων* (Γ 392), *ὡς καὶ Ἀφροδίτη κάλλιϊ τὰ πρόσωπα καθαίρει* (σ 192). Athen. XV 688 D: *τῷ δὲ τοῦ μύρου ὀνόματι πρῶτος Ἀρχίλοχος κέχρηται, λέγων*

οὐκ ἂν μύροισι γραῦς εὐοῦσ' ἠλείφετο.

. . . . Ὁ δ' Ὁμηρος τὴν μὲν χρῆσιν οἶδε τῶν μύρων, ἔλαια δ' αὐτὰ καλεῖ μετ' ἐπιθέτου ῥοδόεντι δ' ἔχριεν ἔλαιω. Adde Schol. ad Ξ 172.

Sed ea res utcumque sese habet, apparet tamen veteres Graecos usos fuisse oleo importato. Homerus olivam aut raro aut numquam vidit, contra frequens ea tempestate in Graecia erat oleaster, ὁ κότινος, cuius fructus inhabiles sunt ad usum. Oleaster intelligitur iis locis quos recensebo. In Odyssea ψ 190, ubi postea Ulyssis thalamus,

θάμνος ἔφν τανύφυλλος ἐλαίης ἔρκεος ἐντός.

Quo loco Ulysses expositus fuit, ν 102, erat *τανύφυλλος ἐλαίη* et continuo, vs. 372, considit Minerva et Ulysses *ιερῆς παρὰ πυθμὲν' ἐλαίης*. Polyphemus, ι 320, habebat *μέγα ῥόπαλον χλωρὸν ἐλαῖνεον*, Pisander denique, Ν 612, *ἀξίνην εὐχαλκον ἐλαῖνω ἀμφὶ πελέκκω*. Quantum existimare possumus, oleum admodum est pretiosum, nec homines de plebe corpus oleo inungunt, sed reges

tantum et mortalium divitissimi. Arete regina, ζ 79, dat Nausicaae filiae suae *χρυσέη ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον*. Patrocli cadaver, Σ 350, *ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ*. Achillis equi immortales, Ψ 281, deflent mortem Patrocli:

ὁ σφωιν μάλα πολλάκις ὑγρὸν ἔλαιον
χαιτάων κατέχευε, λοίσσας ὕδατι λευκῷ.

Ulysses in thesauro habebat, β 338, aurum, aes, pretiosam vestem, *oleum* et vinum. Juno, Ξ 171, *ἀλείφατο λίπ' ἐλαίῳ ἀμβροσίῳ ἔδανῳ*, Venus Hectoris cadaver, Ψ 186, *ροδόεντι δὲ χροῖεν ἐλαίῳ*. Gratiae Venerem, θ 364:

λοῦσαν καὶ χροῖσαν ἐλαίῳ
ἀμβρότῳ, οἷα θεοὺς ἐπενήνοθεν αἰὲν ἔοντας.

Felix oliva quatuor tantum apud Homerum locis memoratur; de tribus prioribus, qui in Odyssea omnes inveniuntur, infra quaeremus quid sentiendum sit. Quartus qui solus restat, nos docebit olivam tunc temporis admodum fuisse raram, cum nondum fortasse bene nossent in Graecia homines insitionem. Sed legitur P 53:

οἷον δὲ τρέφει ἔργος ἀνήρ ἐριθελὲς ἐλαίης.

Verum si umquam vidisset Homerus olivetum, non omisisset rei tam praeclarae facere mentionem in caelaturis seuti Achillis. Quod canit Homerus ε 476:

δοιοὺς δ' ἄρ' ὑπήλυθε θάμνουσ
ἐξ ὁμόθεν πεφυῶτας, ὁ μὲν φυλῆς, ὁ δ' ἐλαίης,

contendit Hehnus ibi quoque *ἐλαίης* appellatione de more oleastrum intelligi, *φυλίην* autem verosimiliter esse myrtum, de quo alibi in Homeri carminibus altum silentium; sed vide argumenta minime inepta apud ipsum. Ceterum felix oliva sero demum in Graeciam transmigravit. Apud Hesiodum olivarum nulla mentio. Apud Herodotum V 82 Epidaurii rogant Athenienses *ξύλον ἡμέρης ἐλαίης· λέγεται δε καὶ ὡς ἐλαῖαι ἦσαν ἀλλόθι γῆς οὐδαμοῦ κατὰ χρόνον ἐπεῖνον ἢ Ἀθήνησι*, et alii supersunt de hoc argumento loci complures. Aliquanto serius Italia olivam accepit, nam, quod Plinius scribit 15, 1, 1, Fenestella aiebat oleam omnino non fuisse in Italia Hispaniaque aut Africa Tarquinio Prisco regnante ab annis populi romani 163.

Occurrit apud Homerum caprificus, ὁ ἐρινεὸς, cuius fructus, *ὄλυνθοι* dicti — Latini grossos appellant -- non sunt edules, sed ficus carica, *Συκῆ*, poetae aequalibus incognita erat. Eadem est Hesiodi ignoratio, sed Archilochi versus circumfertur:

Ἔα Πάρον καὶ σῦκα κεῖνα καὶ Θαλάσσιον βίον.

Malus denique Punica, quae granata fert, in Homeri carminibus nondum locum habet, sed in descriptione Cypseli arcae, quam Pausaniae debemus, ita legimus V 19, 1: δένδρα δὲ ἄμπελοι περὶ αὐτὸν καὶ μηλείαι τε εἰσὶ καὶ ῥοιαί.

Superest nunc ut tres ex Odyssea locos examinemus. Notissimi versus sunt in fabula de Tantalō, λ 588:

δένδρα δ' ὑπιπέτηλα κατὰ κρήθεν χέε καρπὸν,
ὄγχλαι καὶ ῥοιαί καὶ μηλείαι ἀγλαόκαρποι
συκέαι τε γλυκεραὶ καὶ ἐλαῖαι τηλεθόσσαι.

Etiamsi non aliunde satis constaret, totam illam pericopen postea, circa Archilochi fortasse tempora, assutam fuisse, satis foret intellexisse priscum vatem neque malorum punicarum, nec ficuum, neque olivarum potuisse facere mentionem. Eandem ob causam suspicionem quoque movent quae in descriptione Alcinoi hortorum leguntur, η 114:

ἐνθα δὲ δένδρα μακρὰ πεφύκει τηλεθόωντα
ὄγχλαι καὶ ῥοιαί καὶ μηλείαι ἀγλαόκαρποι
συκέαι τε γλυκεραὶ καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.

Et quae mox sequuntur:

ὄγχνη ἐπ' ὄγχνη γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλω,
αὐτὰρ ἐπὶ ξαφυλῇ ξαφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

Quorum bonorum tamen omnium Ulysses nihil prorsus distinguere potuit, nam jam advesperascebat. Paulo fuit, nisi fallor, antiquior poeta qui postremo Odysseae libro eam particulam addidit, quae est de Laertis hortis: cavit enim ne malos Punicas appellaret vs. 246:

οὐ φυτόν, οὐ συκῆ, οὐκ ἄμπελος, οὐ μὲν ἐλαίη
οὐκ ὄγχνη, οὐ πρασιή τοι ἄνευ κομιδῆς κατὰ κῆπον,

et vs. 340:

ὄγχνας μοι δώκας τρισκαίδεκα καὶ δέκα μηλέας,
συκέας τεσσαράκοντα.

Quod Romani distinguunt inter agrum pascuum, arvum et arbustum, eadem distinctio tum apud ceteros Graecos tum apud Homerum ubique obtinet. Quod τέμενος appellat, eo nomine comprehendit agrum arvum et arbustum. Ecce testimonia:

M 314 καὶ τέμενος νεμόμεσθα μέγα Ξάνθοιο παρ' ὄχθας,
καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης πυροφόροιο.

- Υ 185 ἤ νύ τί τοι Τρῶες τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων
καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμῃαι.
Ζ 195 Καὶ μὲν οἱ Λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων,
καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης ὄφρα νέμοιτο.

Deficientibus autem ficu et olea, ager arbustus, *φυταλιή*, dicitur quoque *οἰνόπεδον*.

- Ι 578 ἔνθα μιν ἦνωγον τέμενος περικαλλῆς ἐλέσθαι
πεντηκοντόγυον, τὸ μὲν ἦμισυ οἰνόπέδιοιο,
ἦμισυ δὲ ψιλὴν ἄροσιν πεδίοιο ταμέσθαι.

Ager pascuus publicus est, ager autem arvus et arbustus singulis civibus assignatus fuit: itaque *τεμένους* nomine comprehenditur. Hinc recte de Nausithoo qui coloniam in insulam Scheriam deduxerat, ζ 10:

ἀμφὶ δὲ τεῖχος ἔλασσε πόλει καὶ ἐδείματο οἴκους,
καὶ νηὺς ποίησε θεῶν καὶ ἐδάσσατ' ἀρούρας.

Ager autem arbustus saeptus est, circa agrum arvum saepimentum inutile. Hinc σ 356:

αἰμασιάς τε λέγων καὶ δένδρεα μακρὰ φυτεύων.

De Tydeo legimus Ξ 121:

άλεις δὲ οἱ ἦσαν ἀρουραὶ
πυροφόροι, πολλοὶ δὲ φυτῶν ἔσαν ὄρχατοι ἀμφίς,
πολλὰ δὲ οἱ πρόβατ' ἔσζε.

Apparet hic quoque triplex divisio quam dixi. Quia hic locus nobis *πάρεργον* est, alia vide apud Hehnum, cuius copiis addi possunt quae Thaeus congressit in Philologo XXIX p. 604.

De vindemia, de vinetis, de vite, de vini cultura nihil habeo addendum quod facere posse videtur ad cognoscendam Homericorum carminum originem, nisi illud, quod tamen perquam leve est, vetustissimos mortalium non vino affudisse aquam, sed vinum aquae. Documento est Homericus versiculus ι 209:

ἐν δέπας ἐμπλήσας ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα
χεύ', ὀδμή δ' ἠδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει.

Sed disertius est quod Hesiodus praecipit *Ἔργ.* 596:

τρις ὕδατος προχέειν, τὸ δὲ τέτρατον ἴμεν οἴνου.

Athenienses contra solent τὸν οἴνον ὑποχεῖν, deinde τὸ ὕδωρ ἐπιχεῖν. Vide, si tanti est, Cobetum in Mnemos. III p. 299.

Ultimo loco, quae satis difficilis quaestio est, de frumento est videndum. Ac primum generale nomen, quo omnia herbarum genera comprehenduntur, *ποίη* est, quod recte docere videtur Faesius ad σ 368:

*Εὐρύμαχ', εἰ γὰρ νῶιν ἔρις ἔργοιο γένοιτο
ὦρη ἐν εἰαρινῇ, ὅτε τ' ἤματα μακρὰ πέλονται,
ἐν ποίῃ δρέπανον μὲν ἐγὼν εὐκαμπὲς ἔχοιμι,
καὶ δὲ σὺ τοῖον ἔχοις, ἵνα πειρησαίμεθα ἔργου
νήσιες ἄχρη μάλ' ἀνείματος, ποίῃ δὲ παρείῃ.*

Quod autem Homerus appellat *πυρὸν*, *κριθὴν*, *ξειάν* et *ὀλύρας*, ut herbarum nomina quantum fieri possit, recte distinguantur, initium est faciendum a Platonis loco, qui legitur de Rep. II, 372 B: *Θρέψονται δὲ ἐκ μὲν τῶν κριθῶν ἄλφριτα σκευαζόμενοι, ἐκ δὲ τῶν πυρῶν ἄλευρα*. Novi quidem apud Athenienses *ἄλφριτα* interdum dici quae proprie sint *ἄλευρα* et ostendet id Plato ipse in octavo libro de Legibus p. 849 C: *κριθῶν ἢ πυρῶν εἰς ἄλφριτα νεμηθέντων*, sed apud Homerum certe *κριθὴ* hordeum est et *ἄλφριτον* farina hordeacea. *Stesimbrotο ἄλφριτον* farina triticea fuit, sed hoc nihil ad Homerum, cf. Schol. ad Φ 76. Appellat poeta β 290 *ἄλφριτα μυελὸν ἀνδρῶν*. Notissimus locus est A 631:

*κρόμμον ποτῶ ὄψον
ἠδὲ μέλι χλωρὸν, παρὰ δ' ἄλφριτου ἱεροῦ ἀκτῆν.*

In quem locum festive jocatur Plutarch. Symp. 4, 3, 8: *τὸ μὲν γὰρ Ὀμηρικὸν ἐκεῖνο Κρόμμον ποτῶ ὄψον ναύταις καὶ κωπηλάταις μᾶλλον ἢ βασιλευσὶν ἐπιτήδειον ἦν*. *Triticum πυρὸς* est, sed farina triticea Homero non dicitur *ἄλευρον*, quod vocabulum apud eum non invenitur, sed *ἄλειαρ*, sicuti υ 108 *ἄλφριτα τεύχουσαι καὶ ἀλείατα μυελὸν ἀνδρῶν*. Utrumque frumenti genus conjungitur I 69:

*οἱ δ' ὥς' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν
ὄγμον ἐλαύνωσιν, ἀνδρὸς μάκαρος κατ' ἄρουραν
πυρῶν ἢ κριθῶν.*

Sed nescio quomodo heroes nondum intellexerant quantum triticum hordeo praestaret, nam ipsi pane hordeaceo vescebantur, sed frumentum relinquebant equis et anseribus, cf. Buchholz. Hom. Real. I 2, p. 174 et de Romanis Voigtius in Mus. Rhen. XXIV, 66 sqq. et XXXI, 105 sqq. Adde C. Freytagium de equis Graecis in Ulesii opere de Natura I, p. 196—202.

Θ 188. *ὕμιν παρ' προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθιγεν.*

- K 569. ὄθι περ Διομήδεος ἵπποι
ἔσασαν ὠκύποδες μελιηδέα πυρὸν ἔδοντες·
τ 536. χῆνές μοι κατὰ οἶκον εἴζοσι πυρὸν ἔδουσιν.

Quia tamen in Graecia avena non nascitur, tritico etiam lautior equorum cibus habetur far et hordeum. Stabant domi Pandari equi, E 196, καὶ λευκὸν ἔρεπτόμενοι καὶ ὀλύρας. In Menelai domo equi farre vescuntur admixto hordeo, δ 41:

παρ δ' ἔβαλον ζειάς, ἀνὰ δὲ καὶ λευκὸν ἔμιξαν.

Sed διδασκαλικὸν τρόπον invenio, δ 604:

ἵππους δ' εἰς Ἰθάκην οὐκ ἄξομαι, ἀλλὰ σοὶ ἀντῶ
ἐνθάδε λείψω ἄγαλμα· σὺ γὰρ πεδίῳ ἀνασσει
εὐρύος, ᾧ ἐνὶ μὲν λωτὸς πολὺς, ἐν δὲ κύπειρον
πυροὶ τε ζειαί τε ἰδ' εὐρυφύες καὶ λευκόν.

Quibus omnibus, uti vides, equi alebantur. Itaque Argos, quod πολύπυρον est O 372 et Ξ 123, itidem est ἱππόβοτον. Insula quoque Συρίη, ο 406, dicitur

ἱππόβοτος εὐμηλος, οἰνοπληθῆς πολύπυρος.

Et Dulichium πολύπυρον est ξ 335 et π 396, quod tamen miror propter, δ 607:

οὐ γὰρ τις νήσων ἱππῆλατος οὐδ' εὐλείμων,
αἶθ' ἄλι κεκλίεται.

Quia autem heroibus triticum prae hordeo sordere videtur, πύρινοι ἄρτοι mendicis dari solent. Tres sunt in Odyssea loci:

- ο 312. πλάγξομαι, αἶθ' κέν τις κοτύλην καὶ πύρονον ὀρέξῃ.
ρ 12. δώσει δέ οἱ ὅς κ' ἐθέλησιν
πύρονον καὶ κοτύλην
ρ 362. ὄτρυν' ὡς ἂν πύρνα κατὰ μνηστῆρας ἀγείροι.

Sed ut tandem in meam provinciam redeam, relicto argumento, in quo prorsus me hospitem esse sentio, vitiosus accentus mihi videtur et miror nondum fuisse qui rescribere vellent πύρονον et πύρνα. Haec postrema jam scripseram, quum vidi ante me idem jam observasse Herwerdenum: mavult ille tamen πυρόνον et πυρνά· fortasse recte.

§ 21.

Volkmannus in docto libro de Wolfi Prolegomenis p. 241 post alios multos conguessit quaedam ut ostenderet utrumque Homeri carmen inde ab octavo saeculo

antè Christum omnibus fuisse notum. Circa Olympiadem 30 Stasinus ἐν τοῖς *Κυπρίοις* ubique fere respexit Iliadem. Apparet ex Proculi Excerptis habuisse eum et lectitavisse plurima eorum quae hodie in Iliade supersunt. Archilochus in fragmento 72:

οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσι,

ante oculos habuit Homeri versiculum χ 412:

οὐχ ὁσὶν πταμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν εὐχετάσθαι.

Qua de re conferendus est Grotus in Historia Graeca II p. 92. Tyrtaeus in fragmento X, vs. 21—30 Homerum respicit X 71 sqq. Idem in fragmento XI, vs. 31—33 imitatur Iliadis versiculos N 131 sqq. Alcman dum scribebat:

Δύσπαρις, Λινόπαρις, κακὸν Ἑλλάδι βωτιανείρῃ,

cogitabat de Γ 39. Idem quum virginem faceret exclamantem:

Ζεῦ πάτερ αἰ γὰρ ἐμὸς πόσις εἶη,

non immemor sane fuit Nausicae similiter dicentis, ζ 245. Alia de hoc genere addi possunt, quae hodiè satis nota sunt, sed difficilem de Cyclicis quaestionem tanquam scopulum naufragiis infamem sedulo vitabo, verum maximi imprimis momenti mihi videtur esse, quod argumentum Volkmannus non attigit, etiam vetustissimos Graecos scriptores Homerum interdum male intellexisse. Sequitur opinor etiam Archilochi aetate si quid Homericis carminibus additum sit quod sit operae pretium dicere, eam fraudem nos latere nequaquam posse. Et sunt sane in utroque carmine paucae quaedam interpolationes, quae Archilochi aetatem non superant — eo v. c. retulerim descriptionem hortorum Alcinoi — sed in locis istis intercalatis colorem agnoscimus toto coelo diversum. Sed ecce exempla quaedam errorum. Omnium laudibus celebratus locus est qui legitur, Z 507:

ὡς δ' ὅτε τις ζατὸς ἵππος ἀκοζήσας ἐπὶ φάτνῃ,
δεσμὸν ἀπορρήξας θεῖῃ πεδίῳ κροαίνων.

Aristonici adnotatio est: ἡ διπλῆ ὅτι ἐλλείπει ἡ διὰ καὶ τὸ κροαίνων οὐκ ἔστιν ἐπιθυμῶν, ὡς Ἀρχίλοχος ἐξέλαβεν, ἀλλ' ἐπικροτῶν τοῖς ποσὶ διὰ τοῦ πεδίου. Itaque Archilochi aequalibus Homerus jam non prorsus intellectus fuit; adeo vetustus sermo erat. Sed alterum exemplum etiam luculentius est. Verba sunt Menoetii ad Patroclum, A 786:

τέκνον ἐμὸν, γενεῇ μὲν ὑπέριτερός ἐστιν Ἀχιλλεύς,
πρῆσβύτερος δὲ σὺ ἐσσι βίῃ δ' ὄγε πολλὸν ἀμείνων.

Mireris haec verba ipsis Graecis difficilia fuisse intellectu; adnotavit tamen Aristonicus: ἡ διπλῆ ὅτι Ἀρχίλοχος ὑπερτέραν τὴν νεωτέραν ἐδέξατο οἴην Λυκάμβεος παῖδα τὴν ὑπερτέραν ἀντὶ τοῦ νεωτέραν, et reliqua quae vide in Scholiis, in quibus lepida corruptela est μετέωρον pro νεώτερον. Quid autem si vel Hesiodus in interpretando Homero erravit. Non urgebo eum mare γλαυκὴν appellasset, quum adjectivum sit apud Homerum: γλαυκὴ δὲ σ' ἔτιζτε θάλασσα, inauditum sit nomen substantivum γλαυκὴ, nam erunt fortasse qui errorem excusare studeant. Sed adjectivum certe λευγαλῖος quid sit, post Buttmannum non ignoratur, nam nihil differt ab eo quod est λυγρός. Nunc vide Scholion ad I 119: λευγαλήσει ἡ διπλῆ ὅτι οἱ νεώτεροι λευγαλίον τὸ δίνυρον ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλεύου· νῦν δὲ με λευγαλίον θάνατον. Eadem ferme leguntur adscripta ad Φ 281, tum in codice Victoriano additur errorem eum esse ipsius Hesiodi.

Sed contendes non multum tribuendum esse Victoriani Codicis auctoritati. Fieri potest. Itaque aliud dabo exemplum. Legitur B 527:

Λοκρῶν δ' ἠγεμόνευεν Ὀϊλῆος ταχὺς Αἴας.

Hesiodus putavit Aiacis patrem non Ὀϊλία fuisse nominatum sed Ἰλέα legitque satis imperite: ὁ Ἰλῆος ταχὺς Αἴας. Ipsa verba eius tulerunt aetatem:

*Ἰλέα τὸν ὃ' ἐφίλησε ἄναξ Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων,
καὶ οἱ τοῦτ' ὀνόμην' ὄνομ' ἔμμεναι, οὐνεκα νύμφην
εὐράμενος Ἰλεῶν, μίχθη ἑρατῇ φιλότῃτι,
ἤματι τῷ ὅτε τεῖχος εὐδμήτοιο πόλης
ὑψηλοῦ ποίησε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.*

Cf. Lehrs. Aristarch. p. 177 et Laroche. de Hom. Text. p. 322. Alium Hesiodi errorem vide ap. Cobetum in Mnem. XIV p. 106.

Talia cum videam, absurda mihi propemodum sententia videri solet eorum qui putant sexto septimove ante Christum saeculo Graecos Homerum satis feliciter potuisse imitari. Sic mihi persuasi, eos ne viginti quidem versus continuos condere potuisse sine aliquot erroribus, qui neutiquam potuissent effugere reprehensiones criticorum quotquot olim Alexandriae Aristarchi similes fuerunt et hisce temporibus post magnum Bentleyum numquam defecerunt. Ne dicam de Hymnis, qui perspicue demonstrant id quod dixi, sed in paucissimis Cyclicorum poetarum versibus, qui tulerunt aetatem, ubique centones Homericos deprehendimus, cum poeta suus esse non audeat et improbo labore splendidos pannos undique corradat et consuat. Quotiescumque autem vel latum unguem ab exemplo suo recedit, apparet mira et turpis epicae dialecti imperitia. Adeo verum est quod dixit alicubi Maximilianus Mullerus, quo minor fuerit literarum usus et rariores scribendi oc-

casiones, eo citius sermonem olim corruptum fuisse et pristinam suam puritatem amisisse. Pertinent eodem egregiae Aristarchi observationes de singulorum vocabulorum potestatibus. Nunc digitum tantum intendam in notum illud *παλιμ-πλαγχθέντας*, quo perperam intellecto Stasinus *ἐν τοῖς Κυπρίοις* expeditionem Graecorum adversus Trojam duplicem fecit. Hinc de Telepho fabula, reliqua quae minime obscura sunt. Vid. Nitzschius *in den Beiträgen* p. 185. Si Stasinus vocabulo male intellecto totam fabulam superstruxit, quid alios fecisse censebimus?

§ 22.

Quidquid nunc dicturus sum, tuto potuisset omitti, si ii tantum lectores mihi ante oculos obversarentur, qui ipsi aliquando operam suam collocassent in cognoscenda historia Homericæ poesis; verum quia non tantummodo doctissimorum virorum ratio est habenda, sed interdum etiam tirones respiciendi sunt, non inutile fuerit eos admonere, ne falsis opinionibus a recta via abduci se patiantur. Scilicet postquam observatum est, omnis generis hiatus in versuum compositione creberrime reperiri, exorti sunt qui putarent hoc maxime modo facillime demonstrari posse, quae in utroque carmine partes ceteris sint antiquiores. Mox apparuit frustra fuisse, qui ea de causa quaerere instituissent de metro Homericorum versuum. A primo libro Iliadis usque ad postremum librum Odysseae inveniuntur hiatus magno numero; potest eius rei observatio haud raro prodesse ad singulorum versuum emendationem, sed prorsus nihil inde efficitur, ut utriusque carminis compositio melius intelligatur. Quodsi in minutarum istiusmodi rerum investigatione diversae partes Iliadis et Odysseae non prorsus inter se ad amussim similes reperiuntur, ostendi fortasse aliquando poterit, hiatus parcius admitti, quo quaeque rhapsodia recentior sit; sed quamquam poterit aliquando eo modo confirmari, quod aliunde demonstratum fuerit, numquam tamen metricae observationes per se solae spectatae ducere poterunt ad verum inveniendum. Satis fortasse est lectores remittere ad Volkmannum, qui et alibi et p. 163 in libro de Wolfii Prolegomenis, adhibitis aliorum doctorum virorum disputationibus, luculenter ostendit, quam sit illud quaerendi genus fallax et variis erroribus obnoxium. *Man entdeckt auch hin und wieder sprachliche Verschiedenheiten, aber sie sind meist zufälliger, geringfügiger Art, und wenn es schon sehr gewagt ist, aus ihrem Vorhandenseyn auf verschiedene Verfasser zu schliessen, so ist es völlig unmöglich mit wirklichen, stichhaltigen Gründen die betreffenden Partien einer früheren oder späteren Periode der Sprachbildung zuzuweisen. Kein Wunder daher, dass bei den bisherigen Versuchen, die verschiedenen Zeitalter der Homerischen Poesien zu bestimmen, die mittelst des einen Kriteriums scheinbar gewon-*

nenen Resultate den Ergebnissen eines andern Kriteriums durchaus widersprechen, eben weil die Kriterien an sich ungeeignet waren. Obenein gehen diejenigen Forscher, die auf derartige Verschiedenheiten ein grosses Gewicht legen, fast immer von der Voraussetzung einer unbedingten Gleichmässigkeit und Gleichförmigkeit der Sprache im sogenannten Homerischen Zeitalter aus, zu der wir durch nichts berechtigt sind. Consentit Benickenius in disputatione de tertio Iliadis libro p. 45, cuius verba nunc describam, quum ceteroquin, fatebor enim, perraro cum eo facere soleam. Die aus der äusseren Form der Gedichte, die doch sicher manchen und vielleicht sehr bedeutenden Schwankungen unterlegen ist, gewonnenen Gründe können doch nie Ergebnisse zu nichte machen, die aus der genauen Betrachtung des Inhalts und der Verhältnisse der einzelnen Teile zu einander gewonnen sind. Ad-dere possum Hartelii Homerica Studia, qui itidem suscepit cum alia ostendere, tum illud, quo quaeque pars utriusque carminis recentior sit, eo saepe metri leges accuratius observari, quum tamen ne hoc quidem perpetuum sit et exceptiones habeat, quarum haud ita facilis sit explicatio. Postquam accuratissime quaesivit quomodo breves syllabae apud Homerum interdum producantur, disquisitionem concludit sic: *Ist in der That in der Positionbildenden Kraft der Liquiden und in der Verwendung von später gekürzten Silben als Arsislängen eine hohe Alterthümlichkeit erhalten, wie wir uns zu zeigen bemühten, und hat im Laufe der Zeit sich dieselbe nicht auf dem Wege falscher Analogie ein weiteres Gebiet erobert, sondern von ihrem ursprünglichen Gebiet verloren: so muss aus den Ziffern der Fülle in den einzelnen Partieen der Gedichte nicht etwa die Entstehungszeit, das höhere oder mindere Alter derselben sofort bestimmt werden können, aber wohl dürfen dieselben mit auf anderem Wege gewonnenen Resultaten nicht in Widerspruch stehen, ja der Einklang darf als eine erfreuliche Bestätigung nach beiden Seiten hin erachtet werden.* Ille est Hartelius, quo nemo accuratius in eam rem inquisivit et vide tamen quam dubitanter dicat et quam circumspecto iudicio quasi in meris tenebris omnia prius tentet, quam quidquam fidenter pronunciare audeat.

Non utilior est Aeolicae literae observatio, quae permultum conducit ad Homericum sermonem rectius intelligendum et ad plurimorum versuum emendationem, sed ultra nihil nobis praestare poterit et filum rumpetur, antequam ex labyrintho tanquam in lucem emeris. Nunc quoque cum Volkmanno facio, cuius verba sunt p. 213 quae apponam: *Das Digamma findet sich beachtet und vernachlässigt in Stellen, die unzweifelhaft aus einem Gusse gedichtet sind, und es ist ganz unmöglich aus der Vernachlässigung des Digamma mit Sicherheit auf das jüngere Alter des betreffenden Verses oder der betreffenden Stelle zu schliessen. So sind dann auch alle Versuche, aus dem Digamma das frühere oder spä-*

tere Alter einzelner Partien der Gedichte zu erweisen, als gescheitert zu betrachten. Accedit quod quo quis est ingeniosior, eo facilius Aeolicam literam, ubi forte desideratur, locis tantum non omnibus mutatione perquam exigua restituere poterit. Nunc dicam quomodo facillima ratione apparere existinem, Aeolicam literam nihil conferre ad solvendam quaestionem, quae est de Homericorum carminum origine. Immanuel Bekkerus in altera Homeri editione digamma ubique reduxit, sed reliquit locos CCLXX, quos probabili ratione emendare se posse negavit: ex his loci sunt in Odyssea viginti tantum plures quam in Iliade. In nullo libro reliquit locos plus quam duodecim, nempe in Odysseae nono libro et undecimo; contra tres libri sunt, in quibus bini loci relictos sunt nondum correcti, nempe Iliadis tertius liber et decimus et Odysseae liber duodevicesimus. Unicus denique liber est, in quo unus tantum locus probabiliter emendari non potuit: liber is est Iliadis duodecimus. I nunc et vide quomodo utare iis quae dixi. Refragantur enim quam maxime duo antiquissimi Odysseae libri: contra fideliter servavit digamma ἡ πρεσβεία πρὸς Ἀχιλλεία, quem librum plerique postea additum esse opinantur: ne dicam de libro tertio et duodecimo, qui iudice Lachmanno seant interpolationibus.

Satis hodie constat Homeri sermonem artificialem esse et Homerum modo cum aequalibus sermone uti naturali et quotidiano, modo poetas imitari, qui ante se fuerint et dialecto uti, quae jam diu in usu esse desierit. Operae pretium mihi videtur ea de re nonnullorum doctorum virorum sententias apponere. Fuit C. A. J. Hoffmannus, qui in Quaestionibus Homericis metricarum observationum ope et imprimis ex neglecto usu Aeolicae literae ostendere voluit, quae in Iliade partes reliquis sint recentiores. Jam de eo Bernhardus in Historia Literarum Graecarum I p. 265 iudicat sic: *Es scheint gewiss dass dieser Buchstabe nicht (wie einige wünschten) wandelbar und fügsam genug war um bald zu stehen bald herauszufallen; noch gewisser dass das Digamma keinen Einfluss auf die Kritik des Textes gewinnen kann. Am wenigsten hätte man erwartet dass C. A. J. Hoffmann versuchen würde nicht nur consequent es wieder herzustellen, sondern auch aus den Spuren desselben die älteren und jüngeren Partien der Ilias, ferner die verwandten und fremdartigen Gruppen von einander zu scheiden.* Friedlander autem de Hoffmanno scribit sic: *Es ist zu bedauern, dass so viel Fleiss und Sorgfalt an die Ermittlung dieser winzigen Thatsachen verschwendet ist, denen für diese Untersuchung alle und jede Beweiskraft abgesprochen werden muss.*

Nunc cognoscat mihi quis Bergkii opinionem, qui in Historia Literarum Graecarum p. 462 ita disserit: *Der Dialekt der Homerischen Gedichte kann nicht als einfach und unvermischt gelten, wir finden überall das Ionische mit Aeolischem versetzt; aber man kann dies nicht als eine volksmässige Mundart betrachten,*

sondern es ist eine kunstreiche, mit Auswahl und Bewusstsein ausgeführte Schöpfung; das Ionische bildet die Grundlage, ist aber mehr oder minder äolisch gefärbt. Minime mihi credibile videtur, Homeri populares in quotidiano sermone Aeolicam literam adhibuisse; inde repetenda ea est in carminibus inconstantia, quam nemini auctor sim, ut corrigendo tollere velit. Apparet inde etiam, cur improbandi mihi videantur, qui in Homero edendo cum Bekkero digamma lectorum oculis reduxere. Multa sunt in eo negotio nimis incerta et pleraque pendent ex editorum arbitrio. Plurimi equidem in ea re Curtii iudicium facio, a quo Hartelius ita dissentit, ut lectoribus ἀγαθὴ ἔστιν fuisse videatur, nam utroque audito discedimus doctiores. Apponam Curtii verba: *Das stellt sich immer entschiedener heraus, dass Sprache und Versbau durch beide Gedichte hindurch wesentlich dieselben sind:* itaque cum Wolfio facit qui in universum in omnibus libris eundem sonum, eundem habitum sententiarum, orationis, numerorum reperit. Idem ille Curtius alibi magis etiam aperte loquitur: *Die homerische Sprache ist sicherlich nie wirklich geredet worden. — Ich halte die homerische Sprache in der That für eine Kunstsprache, wie ja auch Sie — scripta haec ad Hartelium fuere — von der homerischen Poesie den Begriff Kunst nicht ausschliessen wollen. Dass es auch eine durchaus volksthümliche von der studirten und gelehrten sehr verschiedene Kunst giebt, kann doch kaum geleugnet werden.*

Uteumque vero ea de re existimabitur, id hodie opinor consentiunt omnes, sermonis nulla superesse indicia, quibus utaris ad solvendam perplexam quaestionem quam Wolfius primus movit. Edicit Lachmannus pro imperio in disquisitione de Iliadis origine p. 73: *Auszugehen von kleinen Sprachbemerkungen ist bei der Beurtheilung so veränderlicher Poesie Thorheit.* Haec sola opinor res est, de qua Lachmanno cum Nutzhornio convenit, qui ita scribit p. 250: *Wenn auch eine einzelne Partie eine von den übrigen Theilen der Ilias und Odyssee etwas verschiedene Sprachform darbot, so konnte man daraus doch nicht folgern, dass die Partie ursprünglich verschieden war, denn solche geringe Abweichungen kann die Willkür der Tradition leicht erzeugt haben.* Subscribam denique Wolfii verba, quae inveniuntur in praefatione p. XIX: In universum habet hoc historicum genus hanc legem, ut nihil efficiatur ex *singulis voculis et sentiis* scriptorum, sed omnia ex perpetuitate quadam et nexu testimoniorum, rationum et argumentorum suspensa sint.

§ 23.

Postquam Lehrsii acumine et singulari industria intellectum est, quam praecellaram operam in Homero interpretando Aristarchus posuisset, nimis multi mihi hodie esse videntur, qui adeo venerentur ac suspiciant eximii Alexandrini cri-

tici auctoritatem, ut vix latum unguem ab eius recensione discedere audeant. In Larocho praesertim mirari subit, cur Aristarcho interdum obtemperare maluerit, quam libero iudicio frui, cum minime absconditum lateat id quod verum est, sed in clara sit luce positum. Nec sane ignoro virum egregie doctum ultra Alexandrinorum recensioni adscendere noluisse; sed, etiamsi in Homero edendo sapienter ita apud animum suum constituerit, qua de re fieri potest, ut alii aliter sentiant, non intelligo tamen, cur fere unice Aristarchi lectiones amplectatur, tantum non ubique posthabitis Zenodoto et Aristophane, quorum iudicium Aristarchus etsi longe superaverit, tamen aliquoties reperitur imprudens rectam viam deseruisse, quam illi tenuerant. Equidem facere malim cum Augusto Nauckio, cuius Odyssea digna est quae placeat, si minus fortasse Arth. Ludwigio, at tamen aliis. Ipse quoque quaedam addam, quae eo pertinent, initio facto a conjunctivis aoristorum. Quod scripsit Imm. Bekkerus in Schedis Homericis p. 227 coll. p. 65: *Dasselbe E geht, wenn der Vers es lang braucht vor O und Ω in EI über, vor H in H*: id demonstrare suscepit Larocho in libro de Homer. Textu p. 407 recensitis grammaticorum veterum quam plurimis locis, quibus postea addidit ipsos poetae versiculos in Disquis. Hom. p. 154 et 198. Docet nos Didymus in Scholio ad Z 432 scripsisse Aristarchum *Θήης*, non *Θείης*. Idem T 27 praetulit *σαπήη*, non *σαπειή* et X 73 *φανήη*, non *φανείη*. Itaque minime mirum est B 34 optimos Codices omnes exhibere *άνήη*, non *άνείη*. Sequitur F 436 perperam tradi Aristarchi scripturam fuisse *δαμείης*, nam hic quoque eum credibile est reposuisse *δαμήης*. Pariter contra Aristarchi sententiam H 72 in Codicibus omnibus servatur *δαμείετε*, non *δαμήετε* itidemque *ἀφείη* per diphthongum scriptum, a libris commendatur P 631. Dubitatum fuit olim, et Buttmannus ipse dubitavit, utra scriptura esset potior. Larocho sequitur ducem quem solet, nec tantum H 72 corrigit *δαμήετε*, sed etiam F 436 *δαμήης* et P 631 *ἀφήη*. Ad eundem modum in Odyssea scribit ε 378 *μυγήης*, ε 394 *φανήη*, ε 471 *μεθήη*, alibi.

Nunc quidem veterum criticorum princeps mihi non audiendus videtur et unice veras esse existimo formas *Θείης*, *σαπειή*, *φανείη*, cet. Dicam qua ratione sic mihi persuaserim. Quae ratio obtinet in verbis liquidatis, eandem reperio in aoristorum conjunctivis et optativis: h. e. vocales producuntur secundum eam normam, quam tabula infra posita planam faciet. Sunt scilicet quatuor potissimum modi, quibus breves vocales *A*, *E*, *O*, producuntur. Res eo fere redit:

	<i>A</i>	,	<i>E</i>	,	<i>O</i> .
I.	<i>A</i>	,	<i>EI</i>	,	<i>OY</i> .
II.	<i>H</i>	,	<i>H</i>	,	<i>Ω</i> .
III.	<i>H</i>	,	<i>EI</i>	,	<i>Ω</i> .
IV.	<i>AI</i>	,	<i>EI</i>	,	<i>OI</i> .

Prima productionis ratio obtinet in dativis tertiae declinationis: radices sunt *ἴσαντι, τιθεντι, διδοντι* dativi *ἴσᾱσι, τιθεῖσι, διδοῦσι* hinc quoque nominativi sunt *ἴσᾱς, τιθείς, διδούς*. Secundam rationem cernimus in futuris verborum contractorum *τιμήσω, ποιήσω, μισθώσω* et hae quidem nunc nihil ad nos, sed duae reliquae rationes considerandae sunt. Scilicet deprehendimus tertiam rationem in verborum liquidatorum aoristis, quartam in eorundem verborum temporibus praesentibus. Radix est verbi causa *ΦΑΝ*, unde nascitur futurum *φανῶ*, aoristus *ἔφην*, sed praesens *φαίνω* est. Eodem modo formantur *σαρῶ, ἔσθη*, *σαίρω ἐκάην, ἔκη*, *καίω ἐχάην, χήρατο, χαίρω*, alia. Sed *φθείρω* praesens est et aoristus *ἔφθειρα*. Vides autem ut brevis vocalis *A* producat, ut fiat *H* et *AI*. Nunc compone radices *ΣΤΑ, ΒΑ, ΦΑ*: aoristi sunt *ἔσθη, ἔβην, ἔφην*, de quorum optativis *ζαίην, βαίην, φαίην*, nemo dubitat; conjunctivi autem sunt *ζῶ, βῶ, φῶ*, quorum Homericæ formæ non contractæ sed diductæ, necessario erunt *ζήω, βήω, ζήης, βήης, φθήη, ζήετον, ζήομεν, βήομεν, ζήετε, ζήωσι*, ut quæ est ratio inter *φαίνειν* et *φῆναι*, eadem obtineat inter *ζαίης* et *ζήης* atque sic in ceteris omnibus. Ipse Larocheus in plerisque eandem sententiam sequitur, sed interdum imprudens a recta via videtur aberrare. Recte scribit *E* 598 *ζήη*, *I* 501 *ὑπερβήη*, *λ* 127 *φῆη*, *σ* 183 *παρζήετον*, *II* 94 *ἐμβήη*, *II* 861 *φθήη* et *P* 30 *ζήης*; verum in primis personis solet errare: edidit *Z* 113 *βείω*, *K* 97 *καταβείομεν*, *O* 297 *ζειομεν*, *ζ* 262 *ἐπιβείομεν*: quin etiam *P* 95 edidit *περιζειώσι*, licet Aristarchus *περιζήωσι* scripserit. Satis perspicuum esse dixeris propter reliquas personas, de quibus non dubitatur, solum sinceræ esse formas *βήω, καταβήομεν, ζήομεν, ἐπιβήομεν*. Potestne serio a quoquam commendari *ζειώ* juxta *ζήης* positum, *ζειομεν* et *ζήετε*? Analogia est quæ rectâ ducit ad *ζήω ζήης*. Vocalis litera *A*, quæ est in radicibus *ΣΤΑ, ΒΑ, ΦΑ*, aliis, mutari potest in diphthongum *AI*, *ζαίην, βαίην* potest mutari in *H*, *ζήω, βήω, φθήη, φθήη* sed τὸ ἄλφα in diphthongum *EI* mutari non potest. *Στείω* et *βείω* formæ sunt non minus absurdæ quam *ἔφεινα* pro *ἔφην*. Si probabuntur *ζειώ* et *βείω*, probari quoque poterunt *ζειήν* et *βείήν* pro *ζαίην* et *βαίην*. Ceterum recte judicavit Larocheus de *K* 346, ubi, cum intelligeret requiri conjunctivum, pro *παραφθαίησι* reposuit *παραφθήησι*.

Minus etiam dubitandum est de *θείω, ἀφείω, μεθείω*, sim., nam, quod demonstratur in tabula supra posita, quotiescumque *A* vocalis producitur in *H* vel *AI*, *E* perpetuo mutatur in diphthongum *EI*. Radix est *TEN*, futurum *τενῶ*, aoristus *ἔτεινα*, praesens *τείνω*. *Ἀποπλεῖν* epicam habet formam *ἀποπλείειν* eodem modo *νεικεῖω* fit pro *νεικῶ, τελείω, ὀκνεῖω, ἀκείομενοι, βείομαι*, quamquam Aristarchus, quem nemo sequitur, ad *X* 431 praetulit inauditam formam *βήομαι*. Indidem scribitur summo consensu *κίχέω, θεῖω, μάντιν ἐρείομεν*, al.,

neque ambigitur a quoquam, quae sit forma primae personae. Verum si *Θείω* et *Θείομεν* recte scribuntur, si probant omnes optativi formas *Θείην, Δείης, Δείη*, quis probet conjunctivo modo *Θείω Θήης Θήη* pro *Θείω Δείης Δείη* usurpata? Magni facienda est Aristarchi auctoritas, qui commendavit *Θήης* et *Θήη*, sed nihil est supra sanam rationem. Quodsi Homerus pro *Θῶ* dixit *Θείω*, pro *Θῆς* itidem dixit *Δείης*: est hoc apertum et facile ad intelligendum. Distinguitur inter *Δείης* et *Θείης*, *Θείη* et *Θείη*, eodem modo quo distinguitur inter *δύης* et *δύης*, *δύη* et *δύη*. Sicuti forte fortuna servatum est, quod supra vidimus *δαμείης* et *δαμείετε*, sic perpetuo conjunctivo modo scribere debemus *ἀνείη, μυγείης, φανείη, μεθεείη* et quae sunt his similia *δαείω, σαπείη, τραπειόμεν εὐνηθέντε*, alia multa.

Factum est quoque aliquando, ut Larocheus desereret rationem, quam alibi inculcare solet. A verbo *εἶναι* nascitur optativus *εἶην, εἶης, εἶη*, conjunctivus autem *ῶ, ῆς, ῆ*, quarum personarum formae non contractae apud Homerum sunt *ἔω, ἔη, ἔωσι*. Haec vocabula si producentur, producentur ea ratione quam explicavi et fient *εἶω, εἶη, εἶωσι*. Nihil tamen horum revera invenitur apud Homerum, excepta sola tertia persona *εἶη*. Larochei ratio requirebat *ῆη*, quam formam quum reponere non auderet, quod prorsus inaudita foret, cum librariis praetulit optativum *εἶη*, quum planissime conjunctivo opus sit. Legitur *H* 349:

*ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ποιήσομεν εὖ ἄραρυίας,
ᾄφρα δι' αὐτάων ἱππηλασίη ὁδὸς εἶη.*

Nonne luculenter apparet post futurum *ποιήσομεν* conjunctivum requiri, non optativum? Tamen novissimus editor servavit *εἶη*. Si quaecunque de causa scribere nollet *εἶη*, satius tamen fuisset cum Bekkero in Schedis Homericis p. 228 *ῆη* corrigere, quam Homerum repraesentare *σολοικίζοντα*. Recurrit idem versiculus cum eodem errore *I* 439, sed ecce alius locus, quo conficitur id quod posui, *I* 245:

*ταῦτ' ἀνῶς δείδοικα κατὰ φρένα, μή οἱ ἀπειλὰς
ἐκτελέσωσι θεοί, ἡμῖν δὲ δὴ αἴσιμον εἶη
φθίσθαι ἐνὶ Τροίη.*

Nunc certe *καὶ τυφλῶ δῆλον*, quod Larocheus tamen concedere noluit, conjunctivum *εἶη* requiri, cum praecedat conjunctivus *ἐκτελέσωσι*. Nec tamen nimis violenta ea mutatio videri debuit Larocheo, qui ad *A* 263 ipse animadvertit, in talibus nullam fere esse librorum auctoritatem nec quidquam prohibere quominus quis, si res ita tulerit, conjunctivum pro optativo reponat. Videatur quoque *ρ* 586, cuius versiculi non diversa ratio est.

Larocheus putasse videtur in ea Ionica vocalium distractione, sicuti *ῆς* est

et $\xi\eta\eta\varsigma$, eodem modo $\theta\eta\varsigma$ fuisse in usu et $\theta\eta\eta\varsigma$, ut eadem litera in ea vocalium distractione, quam hodie haud male appellant, bis appareret. Non est ita. Pellucet eadem analogia ubique, nec tantum in iis verbis de quibus vidimus. Sicuti $\xi\eta\omega$ est $\xi\eta\eta\varsigma$, $\xi\eta\eta$ et $\theta\epsilon\acute{\iota}\omega$ $\theta\epsilon\acute{\iota}\eta\varsigma$ $\theta\epsilon\acute{\iota}\eta$, sic habemus quoque distractas formas $\acute{\alpha}\lambda\omega\omega$, $\acute{\alpha}\lambda\omega\eta\varsigma$, $\acute{\alpha}\lambda\omega\eta$ $\gamma\acute{\nu}\omega\omega$, $\gamma\acute{\nu}\omega\eta\varsigma$, $\gamma\acute{\nu}\omega\eta$. Optativi sunt $\xi\alpha\acute{\iota}\eta\eta\eta$, $\theta\epsilon\acute{\iota}\eta\eta$ itaque optativi quoque sunt $\acute{\alpha}\lambda\omega\acute{\iota}\eta\eta$, $\gamma\acute{\nu}\omega\acute{\iota}\eta\eta$ et apparet olim hic illic perperam editum fuisse $\acute{\alpha}\lambda\omega\eta$ pro $\acute{\alpha}\lambda\omega\acute{\iota}\eta$. Infinitivi sunt $\xi\eta\eta\alpha\iota$, $\theta\epsilon\acute{\iota}\alpha\iota$ sequitur infinitivos esse $\acute{\alpha}\lambda\omega\alpha\iota$, $\gamma\acute{\nu}\omega\alpha\iota$ nam singulare est $\delta\omicron\upsilon\alpha\iota$, quod excipitur, quia $\acute{\alpha}\lambda\omega\mu\epsilon\alpha\iota$ est et $\gamma\acute{\nu}\omega\mu\epsilon\alpha\iota$, verum in $\delta\omicron\mu\epsilon\alpha\iota$ prima syllaba corripitur. Contra participia sunt $\xi\acute{\alpha}\varsigma$, $\theta\epsilon\acute{\iota}\varsigma$ sequitur secundum tabulam quam supra posui, scribendum esse quod scribunt omnes $\acute{\alpha}\lambda\omicron\upsilon\varsigma$, $\gamma\acute{\nu}\omicron\upsilon\varsigma$, $\delta\omicron\upsilon\varsigma$. Ne hoc quidem obscurum est, cur $\mu\acute{\iota}\gamma\eta\eta\alpha\iota$ et $\delta\alpha\mu\eta\eta\alpha\iota$ scribatur, cum tamen $\theta\epsilon\acute{\iota}\alpha\iota$ sit non $\theta\eta\eta\alpha\iota$ scilicet quid intersit, ostendunt epicae formae $\mu\acute{\iota}\gamma\eta\mu\epsilon\alpha\iota$, $\delta\alpha\mu\eta\mu\epsilon\alpha\iota$, cum $\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\alpha\iota$ primam syllabam brevem habeat.

Conferemus etiam imperativos. $\text{I}\xi\eta$ legitur Φ 313 et $\text{K}\acute{\upsilon}\kappa\lambda\omega\psi$ $\tau\eta$ $\pi\acute{\iota}\epsilon$ $\omicron\acute{\iota}\nu\omicron\eta\eta$ respondent formae in EI : $\tau\acute{\iota}\theta\epsilon\iota$, $\acute{\iota}\epsilon\iota$, $\acute{\alpha}\epsilon\iota$, $\delta\acute{\iota}\acute{\alpha}\epsilon\iota$ unde sequitur I 202 perperam edī $\kappa\alpha\theta\acute{\iota}\xi\alpha$, quum $\kappa\alpha\theta\acute{\iota}\xi\eta$ requiratur. Itidem imperfecto tempore sinceræ formæ sunt, de quibus non ambigitur η , $\acute{\iota}\xi\eta$, $\acute{\alpha}\nu\acute{\iota}\xi\eta$, $\acute{\epsilon}\phi\eta$, $\acute{\epsilon}\beta\eta$, sed $\acute{\epsilon}\tau\acute{\iota}\theta\epsilon\iota\varsigma$, $\acute{\epsilon}\tau\acute{\iota}\theta\epsilon\iota$, $\pi\acute{\rho}\omicron\acute{\iota}\epsilon\iota\varsigma$, $\acute{\iota}\epsilon\iota$, cetera. Sunt eae formæ temporis *imperfecti* et erravit Larocheus, quum δ 372 $\mu\epsilon\theta\acute{\iota}\epsilon\iota\varsigma$ scriberet pro $\mu\epsilon\theta\omicron\iota\epsilon\acute{\iota}\varsigma$, quia praesens tempus requiritur. Postea in Iliade B 752 itidem perperam edidit $\pi\acute{\rho}\omicron\acute{\iota}\epsilon\iota$ $\kappa\alpha\lambda\lambda\acute{\iota}\rho\omicron\sigma\omicron\eta\eta$ $\acute{\upsilon}\delta\omega\eta$ pro $\pi\acute{\rho}\omicron\acute{\iota}\epsilon\acute{\iota}$, sed errorem suum agnovit et correxit ad E 880, ubi recte scripsit $\acute{\alpha}\nu\acute{\iota}\epsilon\iota\varsigma$, nam $\acute{\alpha}\nu\acute{\iota}\epsilon\iota\varsigma$ imperfectum tempus est. Sed analogiam secuti minime probabimus A 105 $\delta\acute{\iota}\delta\eta$ $\mu\acute{\omicron}\sigma\chi\omicron\iota\sigma\iota$ $\lambda\acute{\upsilon}\gamma\omicron\iota\sigma\iota$ et $\delta\acute{\iota}\delta\epsilon\iota$ rescribemus, si quidem recte scribitur $\delta\acute{\iota}\delta\epsilon\eta$ et $\delta\acute{\iota}\delta\acute{\epsilon}\eta\tau\omega\eta$, vide Mnemos. XII p. 49. Recte Hesychius: $\text{A}\acute{\iota}\delta\epsilon\acute{\iota}$ $\delta\epsilon\sigma\mu\acute{\epsilon}\upsilon\epsilon\iota$ itaque $\acute{\epsilon}\delta\acute{\epsilon}\sigma\mu\epsilon\upsilon\epsilon$ est $\delta\acute{\iota}\delta\epsilon\iota$, non $\delta\acute{\iota}\delta\eta$. Alia menda sunt II 103 $\delta\acute{\alpha}\mu\eta\alpha$ pro $\delta\acute{\alpha}\mu\eta\eta$, Φ 7 $\pi\acute{\iota}\tau\eta\alpha$ pro $\pi\acute{\iota}\tau\eta\eta$ et $\acute{\epsilon}\zeta\acute{\iota}\eta\alpha$ pro $\acute{\epsilon}\zeta\acute{\iota}\eta\eta$ scriptum η 182, alibi. Factum est culpa $\tau\omega\eta$ $\mu\epsilon\tau\alpha\chi\alpha\alpha\kappa\tau\eta\eta\sigma\acute{\alpha}\nu\tau\omega\eta$, ut hodie in minutis illis frequenter errari soleat. Hoc unum nunc addo me cum Aristarcho omnino malle $\tau\epsilon\theta\eta\eta\omega\varsigma$ $\tau\epsilon\theta\eta\eta\omega\tau\omicron\varsigma$ et reiicere $\tau\epsilon\theta\eta\eta\acute{\omega}\varsigma$ $\tau\epsilon\theta\eta\eta\acute{\omega}\tau\omicron\varsigma$, cf. Buttmann. Gramm. Maxim. II p. 30 et Laroche. Disquis. Hom. p. 158.

§ 24.

Quod vidimus Aristarchum inter longam vocalem H et diphthongum EI interdum non satis accurate distinxisse, id alio quoque argumento ostendi poterit. Ad id quod est $\Phi\omega\kappa\eta\omega\eta$ B 517 adscripsit Didymus: $\tau\acute{\alpha}$ $\tau\omicron\iota\alpha\upsilon\tau\alpha$ $\delta\acute{\iota}\chi\omega\varsigma$ $\acute{\epsilon}\eta$ $\tau\alpha\acute{\iota}\varsigma$ $\text{A}\rho\acute{\iota}\xi\acute{\alpha}\rho\chi\omega\eta$ $\acute{\epsilon}\upsilon\acute{\rho}\acute{\iota}\sigma\kappa\omicron\mu\epsilon\eta$ $\kappa\alpha\acute{\iota}$ $\delta\acute{\iota}\alpha$ $\tau\omicron\upsilon$ EI $\Phi\omega\kappa\acute{\epsilon}\omega\eta$ $\kappa\alpha\acute{\iota}$ $\delta\acute{\iota}\alpha$ $\tau\omicron\upsilon$ H $\Phi\omega\kappa\eta\omega\eta$.

Ac de hoc quidem vocabulo hodie non ambigitur: omnes scribunt *βασιλεύς*, *βασιλῆος*, *βασιλῆες* cet. eademque ratio est omnium nominum in *EYΣ*. Itaque scribitur et scribi debet *Φωζήων*, sed nominum in *ΚΑΕΠΣ* minus expedita causa est. Primum videamus, quibus de rebus inter omnes constet. Adjectivum est *εὐρέης*, cuius est epica forma *εὐρρεής* non occurrit apud Homerum nisi genetivo casu *εὐρρεῖος ποταμοῖο*. Abnormis ratio est, qua id quod est *εὐρρεῖος* contractum est ex *EYPPEOΣ*. Sunt tamen alia multa vocabula ad eundem modum contracta: genetivus est *σπειός* pro *σπέους*, unde *σπεῦ* quoque scripserim et *σπέεσσι μνθεῖαι* factum est *μνθεῖαι* *Θ* 180; *νέει* abiit in *νεῖαι* *λ* 114; *αἰδεῖο* est pro *αἰδέο* *Ω* 503; itidem *σπεῖο* est pro *σπέο* *Κ* 285 et eodem referam pronomina *ἐμεῖο*, *σεῖο*, *εἶο*. Nominum priorum peculiaris ratio fortasse fuit, nam scribunt sane omnes *Διοκλῆος*, *Διοκλῆα*, *Ἡρακλῆι*, *Πατροκλῆα* sed, ut recte scribatur *Π* 571 nomen proprium *Ἀγακλῆος*, minime tamen placet *Π* 738 *ἀγακλῆος Πριάμοιο* et *Ψ* 529 *ἀγακλῆος Μενελάου*, nam sicuti *εὐρρεῖος* perpetuo scribitur, sic quoque scribendum videtur *ἀγακλεῖος*, cf. Bergk. Hist. Litt. Graec. I p. 69. Larocheus quidem in talibus nimis fortasse superstitiosus, qui scripserit *E* 525 *ζαχρειῶν*, sed *M* 347 et 360 *ζαχρηῖς*, vid. Disquis. Hom. p. 156. Sed conferendum est adjectivum *εὐκλής*, de quo Larocheus prudenter iudicavit ad *φ* 331. Veteres secutus grammaticos et ibi et *K* 281 accusativum pluralem fecit *εὐκλείας* pro *EYKAEEAΣ* positum. In accentu grammatici secuti sunt eandem normam quam in *εὐρρεῖος*, quod qui probabit, fortasse rectius scribet *X* 110' *εὐκλείως* quam *εὐκλειῶς*, quod hodie editur et *ἀκλείως* *α* 241. Quod si vero accusativus est *εὐκλείας*, sequitur nominativum fuisse, esse saltem potuisse *εὐκλεῖες*, cui consimile erit *ἀκλεῖες*. Scribit tamen Larocheus *M* 318:

οὐ μὰν ἀκλεῖς Ἀγκίην γάτα κοιρανέουσιν.

Adnotavit Didymus ad eum locum, Aristarchum edidisse *AKAEESΣ*: potestne quidquam sub corruptela satis verosimiliter latere nisi illud *ἀκλεῖες*? Illum ipsum accusativum *εὐκλεῖα* Boeckhius Pindaro reddidit Nem. VI 30. Praeterea *B* 115 *δυσκλεῖα Ἄργος ἐκέσθαι*, videndum an non praestet *δυσκλεῖ* Ἄργος, ut evitetur molestissimus hiatus. Pariter *K* 281, ubi preces sunt Ulyssis:

*νῦν αὖτε μάλιστ' ἀμε φίλαι Ἀθήνη,
δὸς δὲ πάλιν ἐπὶ νῆας εὐκλείας ἀφικέσθαι
ῥέξαντας μέγα ἔργον, ὃ κε Τρώεσσι μελήσει.*

Quia Diomedes et Ulysses uterque pro se preces fundunt, ut metrum servemus, rescribendum censeo: *εὐκλεῖ* εἰσαφικέσθαι ῥέξαντα μέγα ἔργον. Fieri autem potest ut Aristarchus sine vocalis literae elisione scripserit *δυσκλεῖα* et

ἐνκλειᾶ, vid. Pluygers. in Programmate Leidensi priore p. 8. Aliter Herwerdenus in Actis Acad. Reg. Scient. 1875. V p. 133.

§ 25.

Nunc ordine quaedam recensebo in quibus Aristarchus mihi non persuasit. Verbi causa futurum verbi μάχομαι est μαχέομαι, uti *B* 366 κατὰ σφείας γὰρ μαχέονται. Perit hoc futurum, sed certa ratione reddi poterit, *A* 344:

οὐδέ τι οἶδε νοῆσαι ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω
ὄπως οἱ παρὰ νηυσὶ σόοι μαχέοιντο Ἀχαιοί.

Et hiatus molestus est et optativus modus ratione caret: utriusque malo medeberis si rescripseris quod multi viderunt, μαχέονται. Sed illud futurum μαχέομαι habet quoque productam formam, quam Aristarchus scribere solet μαχήσομαι uti et aoristum μαχέσασθαι juxta μαχήσασθαι, vide *A* 298, 304, *B* 377, *Γ* 290, 393, *E* 483, *I* 32, *N* 118, alibi. Quum autem reputo futura et aoristos esse *I* 388 κούρη δ' οὐ γαμέω et *I* 394 γυναῖκα γαμέσσει αὐτός· ο 213 αὐτὸς καλέων δεῦρ' εἴσεται et *Π* 39 ἦν τινα που Δαναῶν προκαλέσσειται *A* 160 εἴπερ γὰρ τε καὶ αὐτίκ' Ὀλύμπιος οὐκ ἐτέλεσσεν, ἐκ τε καὶ ὄψε τελεῖ, sicuti scribitur τελέω et τελέσσω, γαμίω et γαμέσσειται, καλέω et καλέσσω, praetulerim scribere eodem modo μαχέομαι et μαχέσσομαι, μαχέσασθαι et μαχέσσαι. In antiquissimis Codicibus perinde erat, utro modo eae formae scriberentur et postquam distingui coeptum est inter longas vocales et breves uti et inter simplices et geminatas consonantes, ejusmodi minutias librarii parum curabant. Nostri arbitrii res est statuere utrum μαχήσομαι scribere malimus an μαχέσσομαι et analogia ducit ad μαχέσσομαι, cf. Laroehius de Hom. Text. p. 308. Aristarchi auctoritas nunc quidem non est magni facienda: scripsit ubique μαχήσομαι, contrario errore *Θ* 468 edidit: σὺ γὰρ με βιώσσο κούρη Qui scribunt hodie σὺ γὰρ μ' ἐβιώσσο et rectissime improbant inauditam formam βιώσσο, ii etiam in μαχέσσομαι libero judicio uti poterunt, cf. Nauck. de Aristoph. Byz. p. 54. Nescio quomodo Aristarchus in minutis quibusdam περιττώσ fuit εὐλαβής. Sic de forma βήσετο legimus *Γ* 262: προκρίνει μὲν τὴν διὰ τοῦ ε γραφὴν βήσετο, πλὴν οὐ μετατίθησιν ἀλλὰ διὰ τοῦ α γράφει Ἀρίσταρχος. Contra *K* 513 ἐπεβήσετο οὕτως Ἀρίσταρχος· ἄλλοι δὲ ἐπεβήσατο. Inconstantiam miror, si quidem vere de Aristarcho Didymus retulit.

§ 26.

Traditur Aristarchus non πέποσθε scripsisse, quod occurrit *Γ* 99 et *ψ* 53

ἐπεὶ κατὰ πολλὰ πέποσθε et κ 465 ἐπειὴ μάλα πολλὰ πέποσθε, sed πέπασθε. Assentior Buttmanno qui bene exposuit, quomodo illud πέποσθε ex syncope nasci potuerit et illud praeterea assentior, Aristarchum derivasse suum πέπασθε itidem ab eo quod est πεπονθέναι minimeque cogitasse de verbo πέπασμαι, quod in laudatos locos non cadit. Sed undenam Aristarchus πέπασθε arripuit? Hoc mihi intelligere videor, nam, quamvis falsum sit, certe minime ineptum videri debet, quod summo critico placuit. Παθεῖν πέπονθα convenit cum λαχεῖν λέλογχα, sed Aristarchus praeterea contulisse videtur χαδεῖν κέχανθα. Reliqua futura sunt λαθεῖν λήσω, λαχεῖν λήξομαι, λαβεῖν λήψομαι, sed diphthongus apparet in χεῖσομαι. Χαδεῖν χεῖσομαι κέχανθα manu ducit ad παθεῖν πείσομαι et πέπανθα, non πέπονθα. Πέπανθα autem non exstat, sed brevior forma πέπαθα apud Homerum revera tulit aetatem: exstat enim ρ 555 πεπαθυῖη vel, ut olim edebatur, πεπαθοῖης. Aristarchus autem, uti conjicio, animadverterat post vocalis literae elisionem in terminationibus formas usurpari breviores, non productas. Ἐπιθον est et πέποιθα, sed ἐπέπιθμεν ἰδεῖν et οἶδα sed ἴσμεν, eodem modo quo εἶμι dicitur et ἴμεν, ἴσημι et ἴσαμεν. Conferri praeterea possunt φρυγεῖν πέφρυγα et πεφρυγμένος, τυχεῖν τέτευχα et τετυγμένος, alia. Itaque ab eo quod est πέπονθα, quia nasalem literam insertam habet, πέποσθε nasci non potest, sed ab eo quod est πέπαθα, h. e. a simplicissima et brevissima perfecti forma, natum est πέπασθε ea ratione quam Buttmanus in ἐγρήγορθε et aliis quibusdam ostendit. Non sane intercedo quominus tamen in posterum edatur πέποσθε, non enim id egi ut Aristarchi rationem commendarem sed ut explicarem, sed aliud restat vocabulum, in quo error nunc simul apparet. Sicuti πέποιθα est et ἐπέπιθμεν, eodem modo requiro εἰλήλουθα et εἰλήλυθμεν, non εἰλήλουθμεν. Ceterum cf. Laroche. de Hom. Text. p. 336.

§ 27.

Quod legitur in Iliade I 399:

ἐνθα δέ μοι μάλα πολλὸν ἐπέσσυτο θυμὸς ἀγῆνωρ
γῆμαντι μνηστῆν ἄλοχον εἰκυῖαν ἀκοιτιν
κτῆμασί τερπεσθαί.,

id hodie ita editur ex Aristarchi sententia, de qua Didymus breviter sed perspicue: οὕτως Ἀρίσταρχος κατὰ δοτικὴν, ἄλλοι δὲ γῆμαντα. Operae pretium mihi videtur quam potero accuratissime ostendere, Aristarchum illum locum ultro corrupisse, quum unice verum sit γῆμαντα. Ponam exempla, ex quibus Homeri usus cognosci poterit. Omnium librorum lectio est A 542:

αιεί τοι φίλον ἐξίν, ἐμεῦ ἀπὸ νόσφιν ἐόντα
κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν.

Idem accusativus intelligitur *B* 113:

σχέτλιος, ὃς πρὶν μὲν μοι ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν
'Ἰλίου ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον ἀπονέεσθαι.,

quod monstrare poterunt *B* 288 et *E* 716, ubi idem versus recurrit. Eliditur quidem interdum *ῖωτα* litera, ut in *χρυσεῖη κερκίδ' ὑφαινεν* et in *ἄξερ' ὀπωρινῶ* et in *Θυγατέρ' ἰφθίμη* et in aliis, sed tamen vix quisquam putabit dativum *ἐκπέρσαντι* in ea elisione latere. Eadem est ratio loci qui legitur *O* 115:

Μῆ νῦν μοι νεμεσήσεται, 'Ολύμπια δώματ' ἔχοντες
τίσασθαι φόνον υἱός, ἰόντ' ἐπὶ νῆας 'Αχαιῶν.

Sed alii loci multi sunt, in quibus elisa vocalis non est, v. c. *α* 90:

καὶ οἱ μένος ἐν φρεσὶ θεῖω
εἰς ἀγορῆν καλέσαντα κερηκομόωντας 'Αχαιοὺς
πᾶσι μνηστῆρῶσιν ἀπειπέμεν.,

ubi praestat fortasse cum Nauckio scribere *μνηστῆρῶσ' ἀποειπέμεν*. Sequitur *δ* 210:

ὡς νῦν Νέστορι δῶκε διαμπερὲς ἤματα πάντα
αὐτὸν μὲν λιπαρῶς γηρασκέμεν ἐν μεγάροισιν,

ubi nihil tribuendum existimo unius Codicis lectioni *αὐτῶ*. Nec magis dubitabimus quin cum optimis Codicibus sit scribendum *ζ* 60:

καὶ δὲ σοὶ αὐτῶ ἔοικε μετὰ πρότοισιν ἐόντα
βουλὰς βουλευεῖν καθαρὰ χροῖ' εἴματα ἔχοντα.

Itaque rectum quoque est *ι* 562:

δὴ τότε ἐγὼν ἐτάροισιν ἐποτρύννας ἐκέλευσα
αὐτοὺς τ' ἀμβαίνειν ἀνά τε πρυμνήσια λῦσαι.

Et pariter *λ* 46:

δὴ τότε ἐγὼν ἐτάροισιν ἐποτρύννας ἐκέλευσα
μῆλα τὰ δὴ κατέκειτ' ἐσφαγμένα νηλεῖ χαλκῶ
δείραντας κατακῆαι.

Uti et *π* 466:

οὐκ ἔμελν μοι ταῦτα μεταλλῆσαι καὶ ἐρέσθαι
ἄστυ καταβλώσκοντα.

Denique ρ 583:

καὶ δὲ σοὶ ὦδ' αὐτῇ πολὺ κάλλιον, ὦ βασίλεια,
οἴην πρὸς ξεῖνον φάσθαι ἔπος ἢδ' ἐπακοῦσαι.

Lectioes quas laudavi, jam satis certae sunt, sed restant alii loci, quorum testimonium etiam pluris faciendum est. Verbi causa Δ 341:

σφῶϊν μὲν τ' ἐπέοικε μετὰ πρώτοισιν ἐόντας
ἐξάμεν ἢδὲ μάχης καυσεύρης ἀντιβολῆσαι,

ubi ἐόντων non magis cuiquam arridebit, quam ἐλάσασιν, quod in unico Codice legitur Ζ 529:

αἱ κέ ποθι Ζεὺς
δώη ἐπουρανίοισι θεοῖς αἰειγενέτησι
κρητῆρα ζήσασθαι ἐλεύθερον ἐν μεγάροισιν,
ἐκ Τροίης ἐλάσαντας εὐκνήμιδας Ἀχαιοῦς.

Recte quoque legitur Μ 276:

αἱ κε Ζεὺς δώσιν Ὀλύμπιος ἀσεροπητῆς
νεῖκος ἀπωσαμένους δηΐτους προτὶ ἄστυ δέσσειν.

Sed nullibi locus magis appositus legitur quam ξ 195:

εἴη μὲν νῦν νῶϊν ἐπὶ χρόνον ἡμῖν ἐδωδῆ
ἢδὲ μέθυ γλυκερὸν κλισίης ἐντοσθεν εἴοισι
δαίνυσθαι ἀκέοντ', ἄλλοι δ' ἐπὶ ἔργον ἔποιεν.,

nisi quis forte propter φ 89 ἀκέων rescribere malit. Denique laudabo ψ 211:

οἱ νῶϊν ἀγάσαντο παρ' ἀλλήλοισι μένοντε
ἢβης ταρπῆναι καὶ γήραος οὐδὸν ἐκέσθαι.

Jam non opus videtur exscribere Ν 56, Ξ 162, Ο 58, Θ 508 et κ 533, quorum locorum eadem est ratio, ut intelligatur Aristarchum emendando corrupisse eum locum, a quo disputandi initium fecimus et unice convenire γήμαντα. Eundem errorem Aristarchi observavi Χ 109, ubi recte hodie editur:

ἐμοὶ δὲ τότε ἂν πολὺ κέρδιον εἴη,
ἀντην ἢ Ἀχιλῆα κατακτείναντα νέεσθαι,
ἢέ κεν αὐτὸν ὀλέσθαι εὐκλειῶς πρὸ πόλης.

Ad eum locum Didymi est adnotatio: κατακτείναντα διχῶς καὶ κατακτείναντι. Itaque Aristarchus in priore editione Homeri rectam viam tenuit, in altera in-

felicem conjecturam periclitatus est, cf. H. Rumpf. in Fleckeisen. Annal. XCIII p. 146. Credibile est eum eadem opera alios quoque locos corrupisse: sunt certe nonnulli in nostris Homeri editionibus etiamnunc emendandi. Exempli gratia *E* 253:

οὐ γὰρ μοι γενναῖον ἀλύσκαζοντι μάχεσθαι,

ubi prorsus requiro ἀλύσκαζοντα. Qui dativum scripsit, quisquis ille fuit, peccavit in grammaticam, sed multo magis peccavit in sanam rationem, nam fecit Diomedem gloriantem sibi οὐκ εἶναι γενναῖον μάχεσθαι quod fugiat. Contrarium est quod dicit is quem τρεῖν οὐκ εἶα Παλλὰς Ἀθήνη.

Nunc statim quisvis intelliget ferri non posse quod legitur τ 138:

φᾶρος μὲν μοι πρῶτον ἐνέπνευσε φρεσὶ δαίμων
σησαμένην μέγαν ἰσὸν ἐνὶ μεγάροισιν ὑφαίνειν,

nam verum est σησαμένην. Tertius locus contrario vitio laborat ~~κ~~ 565: κ

ἄλλην δ' ἡμῖν ὁδὸν τεκμήρατο Κίρκη
εἰς Ἀἴδαο δόμους καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης
ψυχῇ χρησομένους Θηβαίου Τειρεσίαο.

Non habet accusativus χρησομένους quo referatur et scribendum erit χρησομένοις, nisi versiculus huc fortasse irrepsisse videbitur ex vs. 492. Sequitur *M* 411:

ἀργαλέον δέ μοι ἐστὶ καὶ ἰφθίμω περ ἔονται
μοῦνον ῥηξάμενον θέσθαι παρὰ νηυσὶ κέλευθον.,

ubi malim μοῦνον ῥηξάμενον. Deinde *N* 318:

αἰπὺ οἱ ἐσσεῖται μάλα περ μεμαῶτι μάχεσθαι
κείνων νικῆσαντι μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους
νῆας ἐνιπρῆσαι.

Requiro νικῆσαντα, quam lectionem etiam in suo libro invenit Paraphrasta. Denique *Ω* 526:

ὧς γὰρ ἐπεκλώσαντο θεοὶ δειλοῖσι βροτοῖσιν,
ζῶειν ἀχρυσμένοις.,

Itidem cum Paraphrasta malo ἀχρυσμένοις. Cf. Larocheus de Hom. Text. p. 398 et Disqu. Homer. p. 114.

§ 28.

Consilio paulisper mutato videbo num Aristarcho succurrere possim, dum nemo ei aurem præbet. Verba sunt Jovis ad τὸν οὐλον Ὀνειρον B 12:

*Θωρηξαί ἐ κέλευε κερηκομόωντας Ἀχαιοὺς
πανσυδίῃ· νῦν γάρ κεν ἔλοι πόλιν εὐρύαγγιαν
Τρώων· οὐ γάρ ἔτ' ἀμφὶς Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
ἀθάνατοι φράζονται· ἐπέγναμψεν γάρ ἅπαντας
Ἥρην λισσομένην, Τρώεσσι δὲ κῆδε' ἐφήπται.*

Zenodoti lectio est ἔλοι, Aristarchi ἔλοις. Mirum non est omnibus obiter rem considerantibus Zenodoti ἔλοι potiozem et unice veram scripturam fuisse visam, sed primum observandum est, quo jure ille ἔλοι scripserit, eodem jure nos in indirecta oratione infinitivum exspectare, sic:

*οὐ γάρ ἔτ' ἀμφὶς Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντας
ἀθανάτους φράζεσθαι· ἐπιγνάμψαι γάρ ἅπαντας
Ἥρην λισσομένην, Τρώεσσι δὲ κῆδε' ἐφήφθαι.*

Verum facile intellectu est, hoc minime dictum esse de more Homeri. In gratiam eorum qui forte nondum attenderunt ad rationem, qua Homerus in indirecta oratione infinitivos vitare solet, proferam quosdam locos qui huc faciunt. Primus erit Γ 44:

*ἧ που καρχαλόωσι κερηκομόωντες Ἀχαιοί
φάντες ἀρισηῆα πρόμον ἔμμεναι οὐνεκα καλὸν
εἶδος ἔπ', ἀλλ' οὐκ ἔσι βίη φρεσὶν οὐδέ τις ἀλκή.*

Ex Atticorum dicendi ratione apparet dicturum fuisse Homerum:

*οὐνεκα καλὸν
εἶδος ἔπ', οὐδέ βίην φρεσὶν ἔμμεναι οὐδέ τιν' ἀλκήν.*

Etiam magis nostra comparasse referet I 417 et 685. Priore loco Achillis verba sunt:

*καὶ δ' ἂν τοῖς ἄλλοισιν ἐγὼ παραμυθησαίμην
οἴκαδ' ἀποπλείειν, ἐπεὶ οὐκέτι δῆετε τέκμωρ
Ἰλίου αἰπεινῆς.*

Quae verba altero loco Ulysses sic refert:

*καὶ δ' ἂν τοῖς ἄλλοισιν ἐφη παραμυθήσασθαι
οἴκαδ' ἀποπλείειν, ἐπεὶ οὐκέτι δῆετε τέκμωρ
Ἰλίου αἰπεινῆς.*

Ex nostra dicendi consuetudine aut altero loco *δήουσι* requiritur, aut altero *δήομεν*. Pariter in indirecta oratione indicativum usurpatum invenio *I* 591:

λίσσειτ' ὀδυρομένη καί οἱ κατέλεξεν ἅπαντα
κῆδε' ὅσ' ἀνθρώποισι πέλει τῶν ἄστυ ἀλώη·
ἀνδρας μὲν κτείνουσι, πόλιν δέ τε πῦρ ἀμαθύνει,
τέκνα δέ τ' ἄλλοι ἄγουσι βαθυζώνους τε γυναῖκας.

Magis etiam ad rem facit *α* 40:

ἐπεὶ πρό οἱ εἶπομεν ἡμεῖς
Ἑρμείαν πέμψαντες, εὐσκοπον Ἀργεῖφόντην,
μῆτ' αὐτὸν κτείνειν, μῆτε μνάσθαι ἄκοιτιν·
ἐκ γὰρ Ὀρέξασο τίσις ἔσσειται Ἀτρεΐδαο,
ὀππότ' ἂν ἠβήσῃ τε καὶ ἧς ἰμείρεται αἴης.
ὣς ἔφατ' Ἑρμείας.

Quod Homerus dicit *τίσις ἔσσειται*, Athenienses verterent in infinitivum *τίσιν ἔσεσθαι*. Sic modo audivimus Achillem, qui in indirecta oratione secundam personam usurpat, cui locus proprie erat in oratione directa. Consimile exemplum est *α* 374:

ἴν' ὑμῖν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποείπω
ἐξιέναι μεγάρων· ἄλλας δ' ἀλεγύνετε δαίτας
ὑμὰ κτήματ' ἔδοντες, κτέ.

Itaque postea in concione prorsus eadem verba a Telemacho iterantur in oratione quae directa dicitur, *β* 139:

ἔξιτέ μοι μεγάρων, ἄλλας δ' ἀλεγύνετε δαίτας
ὑμὰ κτήματ' ἔδοντες, κτέ.

Hunc usum si quis bene observavit, minime mirabitur adverbium *μῆ* interdum inveniri post jurandi verba, ubi exspectari potuisset adverbium *οὐ*. Recte v. c. legitur *O* 41:

Ἴσῳ νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρὺς ὑπερθεν,
.....
μῆ δι' ἐμὴν ἰότητα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
πημαίνει Τρωάς τε καὶ Ἑκτορα, τοῖσι δ' ἀρήγει.

Pariter in jurejurando *K* 330:

Ἴσῳ νῦν Ζεὺς αὐτὸς ἐρίγδουπος πόσις Ἥρης
μῆ μὲν τοῖς ἵπποισιν ἀνήρ ἐποχήσεται ἄλλος
Τρώων· ἀλλὰ σέ φημι διαμπερές ἀγλαῖεῖσθαι.

Indicativus hoc modo positus non minus necessario sibi adjungit adverbium *MH*, quam infinitivus, veluti ε 187:

*ἴσω νῦν τόδε Γαῖα καὶ Οὐρανὸς εὐρύς ὑπερθεῖν,

 μήτι σοι αὐτῷ πῆμα κακὸν βουλευσέμεν ἄλλο.*

Alii multi loci afferri possunt, v. c. Ω 608:

φῆ δοιῶ τεκέειν, ἢ δ' αὐτῇ γείνατο πολλούς,

quae Niobes verba sunt se efferentis: *ἔλεγε γὰρ τὴν μὲν Αἰτῶ δύο μόνον, αὐτῇ δὲ πολλούς τεκεῖν*. Itaque nunc indicativi ratio satis apparet et praesertim illud *δήετε* in decimo libro confirmat, cur Aristarchus secundum Homeri morem scripserit *ἔλοις* in libro secundo. Usus iste Homericus indirectae orationis notandus est, ne quis forte offendatur sine causa et corrigendo nihil agat. Memini me ipsum olim Homerum corrupisse, dum mihi viderer opem ferre. Legitur *B* 122:

*αἰσχρὸν γὰρ τόδε γ' ἐστὶ καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι
 μάψ οὔτω τοιόνδε τοσόνδε τε λαὸν Ἀχαιῶν
 ἄπρηκτον πόλεμον πολεμίζειν ἠδὲ μάχεσθαι
 ἀνδράσι πανροτέροισι, τέλος δ' οὔπω τι πέφανται.*

Recte hoc dictum est et frustra fui quum corrigerem *πεφάνθαι*. Quin vitium esse videtur prorsus contrarium in *Odysseae* α 190, qui versus spurii quidem sunt, quod Kammero doctissimo interpolationum existimatori planissime assentior, sed nihil tamen impedit, quominus emendate edantur et legantur:

*Λαίρτην ἦρωα, τὸν οὐκέτι φασὶ πόλινδε
 ἔρχεσθ', ἀλλ' ἀπάνευθεν ἐπ' ἀγροῦ πῆματα πάσχειν.*

Athenienses etiam praecedente indicativo vel optativo, in indirecta oratione facile delabuntur ad infinitivos, apud Homerum contra est et in talibus solet scribere *πάσχει*. Facilius vitium apparebit ι 97:

*ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι Λωτοφάγοισι
 λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν νόσον τε λαθέσθαι.*

Nemo quidquam sponte oblivisci potest; itaque requiro *λάθοντο*.

Unum locum addam quo inter legendum semper offendi soleo, *M* 112:

*ἀλλ' οὐχ Ὑρτακίδης ἔθειλ' Ἀσιος ὄρχαμος ἀνδρῶν
 αὐθι λιπεῖν ἵππους τε καὶ ἠνίοχον θεράποντα,
 ἀλλὰ σὺν αὐτοῖσιν πέλασεν νῆεσσι θοῆσιν.*

Praeter rei veritatem hoc dictum est. Perfregit quidem Hector portam castrorum, sed in alia parte pugnae, ἐπ' ἀριστερά, Asius versabatur ibique mansit donec ab Idomeneo interficeretur, vid. *N* 326. Non appropinquavit, sed *voluit* appropinquare, unde necessarium judico rescribere infinitivum πελάσαι.

Ceterum postquam satis ostendimus quae rationes Aristarchum impellere potuerint ut secundo libro ἐλοις praeferret, addendum tamen videtur potiore videri scripturam ἐλοι; demonstrare hoc poterit Jovis ῥησις ad Iridem Ω 144—158, ubi non negligendum est jam ante Cobetum versum 154 eodem modo correxisse Bekkerum.

§ 29.

Mirum mihi videri solet tot superesse apud Homerum vitiorum genera, quae in reliquis scriptoribus nemo ferat. Ubi syntactica ratio claudicat, saepe esse video qui aliquid comminiscantur ut excusent et obtegant, quod ipsi statim relinquent, postquam e libris forte melioribus sincera lectio emergerit. Nolo quidquam inclementer dicere in eos, a quibus saepe me multa didicisse profiteor, sed operae pretium est rem quam volo exemplo quodam declarare. Factum est in Homeri Codicibus quod in reliquis omnibus etiam antiquissimis et integerrimis, ut negligeretur discrimen conjunctivi et optativi. Ecce exemplum. De Junone legimus ε 165:

ἦδε δέ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνεται βουλή,
 εἰθεῖν εἰς Ἴδην, εὐ ἐντόνασαν ἔ αὐτήν,
 εἶπως ἰμείραιτο παραδραθέειν φιλότῃτι
 ἢ χροῖῃ, τῷ δ' ὑπνον ἀπήμονά τε λιαρόν τε
 χεῦῃ ἐπὶ βλεφάροισιν ἰδὲ φρεσὶ πευκαλίμησιν.

Dixeris non magno acumine opus est ut reponatur χεῦαι, cum praesertim praecedat ἰμείραιτο. Tamen praeclarus quidam in Germania grammaticus adnotavit ut tueretur conjunctivum χεῦῃ. „veränderte Construction, als ob nicht εἶπως sondern ὄφρα vorherginge, da dies (ἐπιχεῦαι ὑπνον) unter Voraussetzung der vorhergehenden Bedingung ihre wirkliche Absicht ist.” Aperte dicam quod sentio: nemo sanus hoc intelligere potest omniumque minime intelligunt qui sibi intelligere videntur. Si legeretur in Codicibus omnibus χεῦαι et exoreretur criticus quidam egregie doctus, qui ostendere vellet quam eleganter rescribi posset χεῦῃ. Homerum nisi scripsisset χεῦῃ, scribere tamen debuisse χεῦῃ, quo melius appareret quid Juno spectaret quaeque esset eius *wirkliche Absicht*: num cuiquam persuaderet? Nonne ille ipse, quem audivimus explicantem conjunctivum χεῦῃ

et commendantem, mutatis partibus contenderet absurdum esse post optativum *ἰμείραιτο* conjunctivum addere velle? credo sane. Equidem sapere audebo et si minus aliis, mihi tamen corrigam *χεύαι*. Vide quoque Herwerdenum in Actis Acad. Reg. 1875. V, p. 138. Sed alios multos locos ejusdem generis in promptu habeo. Verbi causa *χ* 444:

*Θεινόμεναι ξίφεσιν τανυήκεσιν, εἰς ὃ κῆ πασέων
ψυχὰς ἐξαφέλησθε καὶ ἐκλελάθωντ' Ἀφροδίτης.*

In libris est fere *ἐκλελάθουιντ'*, quod primus omnium correxit Bekkerus. Nunc quidem Larochius Bekkero obtemperavit itidemque conjunctivum scripsit, credo quia apud Etymologum et in Scholio quodam ad Iliadem verae lectionis vestigium superest. Non mihi videtur boni critici esse, exspectare donec aliunde commendetur quod sana ratio suadeat. Etiam si ipsum superesset illud quod fertur Pisistrati exemplum essetque ibi diserte scriptum *ΕΚΛΕΛΑΘΟΥΙΝΤ*, tamen citra controversiam verum foret *ἐκλελάθωντ' Ἀφροδίτης*.

In eodem libro, *χ* 77, Eurymachi verba sunt:

*ἐπὶ δ' αὐτῷ πάντες ἔχωμεν
ἀθρόοι, εἴ κέ μιν οὐδοῦ ἀπώσομεν ἠδὲ θυράων,
ἔλθωμεν δ' ἀνὰ ἄξυ, βοῆ δ' ὤκιζα γένοιτο
τῷ κῆ τάχ' οὔτος ἀνὴρ νῦν ὕσατα τοξάσσαιτο.*

Quomodo haec verba accipienda sint, si quis forte dubitat, quamquam non est obscura res, monstrabit geminus locus *χ* 133:

*ὦ φίλοι, οὐκ ἂν δὴ τις ἀν' ὀρσοθύρην ἀναβαίῃ
καὶ εἴποι λαοῖσι, βοῆ δ' ὤκιζα γένοιτο;
τῷ κῆ τάχ' οὔτος ἀνὴρ νῦν ὕσατα τοξάσσαιτο.*

Sicuti *εἴποι* et *γένοιτο* altero loco optativi sunt, sic priore loco requiro conjunctivos *ἔλθωμεν* et *γένηται*. Si quis hoc curat, nam mea nihil interest, scito illud ipsum *γένηται* in sex Codicibus inveniri.

Nunc evolvamus *β* 336, ubi recte legitur:

*κτῆματα γάρ κεν πάντα δασαίμεθα, οἰκία δ' αὐτε
τούτου μητέρι δοῖμεν ἔχειν ἠδ' ὄσις ὀπυίοι.*

Optativi sunt *δοῖμεν* et *ὀπυίοι* propter causam eandem, propter quam optativus est *δασαίμεθα*, sed alia ratio est verborum quae leguntur *π* 386:

*ἀλλὰ φθέωμεν ἐλόντες ἐπ' ἀγροῦ νόσφι πόλης
ἢ ἐν ὀδῷ βίοτον δ' αὐτοὶ καὶ κτῆματ' ἔχωμεν
δασσάμενοι κατὰ μοῖραν ἐφ' ἡμέας, οἰκία δ' αὐτε
κείνου μητέρι δοῖμεν ἔχειν ἠδ' ὄσις ὀπυίοι.*

Quia conjunctivi sunt *φθέωμεν* et *ἔχωμεν*, itidem requiro conjunctivos *δῶμεν* et *ὀπνίη*. Sicuti aqua quo fonti propior est, eo purior esse solet, sic Homerus quo Yates fuit vetustior, eo melius inter conjunctivos et optativos, quos Graeculi confundunt, distinguere debuit.

Soloecum existimo quod scribi solet μ 157:

*ἀλλ' ἐρέω μὲν ἐγών, ἵνα εἰδότες ἢ κε θάναωμεν,
ἢ κεν ἀλευάμενοι θάνατον καὶ κῆρα φύγοιμεν.*

Legitur fateor in libris melioribus *φύγοιμεν*, sed in aliis codicibus, uti non optimis sic non pessimis tamen, legitur *φύγωμεν*. Res est nostri arbitrii inter utramque scripturam dijudicare et ratio ducit ad conjunctivum, ut respondeat conjunctivo *θάναωμεν*. Contendit Larocheus licere conjungere utrumque modum et ad hoc probandum laudat Σ 308:

*ἀλλὰ μάλ' ἄντην
ζησομαι ἢ κε φέρησι μέγα κράτος ἢ κε φεροίμην.*

Recte dicitur *κράτος φέρεσθαι* et alibi sine vitio legitur, *N* 486:

*εἰ γὰρ ὀμηλικίη γε γενοίμεθα τῶδ' ἐπὶ θυμῶ,
αἰψὰ κεν ἢ ἐφείροιτο μέγα κράτος ἢ ἐφροίμην.*

Verum illud miror praeter modorum confusionem uno eodemque versu utrumque legi *κράτος φέρειν* et *φέρεσθαι* *κράτος*. Utrique malo mederi poterimus scribendo:

ζησομαι ἢ κε φέρησι μέγα κράτος ἢ ἐφέρωμι.

Sicuti *ἀγάγωμι* invenitur et *κτείνωμι* et *ἰδῶμι*, alia, cf. Larocheus Hom. Disqu. p. 250 et Cobetus Mnem. XIV, p. 328, sic nihil offensionis est in *φέρωμι*. Exstat praeterea utrumque, *ἔναρα φέρειν* et *ἔναρα φέρεσθαι* non est igitur quod miremur *κράτος* quoque tum cum *φέρειν* jungi tum cum *φέρεσθαι*.

Alios locos Larocheus laudare potuisset, v. c. Ω 688:

*αἶ κ' Ἀγαμέμνων
γνοίη σ' Ἀτρείδης, γνώωσι δὲ πάντες Ἀχαιοί,*

sed ibi vetus scriptura *γνοίη* iam cessit conjunctivo *γνώη*. Magis ad rem facit *II* 650:

*ἀλλὰ κατ' αὐτοὺς αἰὲν ὄρα καὶ φράζετο θυμῶ
πολλὰ μάλ' ἀμφὶ φόνῳ Πατρόκλου, μερμηρίζων
ἢ ἤδη καὶ κείνον ἐνὶ κρατερῇ ὑσμίνῃ
αὐτοῦ ἐπ' ἀντιθέῳ Σαρπηδόνι φαίδιμος Ἐκτωρ
χαλκῶ δηώσῃ, ἀπὸ τ' ὤμων τεύχε' ἔληται,
ἢ ἔτι καὶ πλεόνεσσιν ὀφείλλειεν πόνον αἰπύν.*

Displicent conjunctivi *δηώση* et *έληται* cum optativo *οφείλλειεν* conjuncti. Post imperfectum *φράζετο* optativus requiritur et emendandum est *δηώσαι* et *έλοιτο*. Satis superque jam vidimus quam sint in talibus incuriosi librarii, qui nostros Homeri codices exararunt.

Videbamus modo, *μ* 157, *φύγοιμεν* pro *φύγομεν* positum. In eodem vocabulo erratur *A* 60:

*Ἀτρείδη, νῦν ἄμμε πάλιν πλαγχθέντας ὄτω
ἄψ ἀπονοσήσειν, εἴ κεν θάνατόν γε φύγοιμεν.*

Larochius certe qui emendavit *E* 279: *νῦν αὐτ' ἐγχείη πειρήσομαι, αἶκε τύχωμι*, hic quoque in simili re scribere debuisset *φύγομεν*, sed infra dabitur dicendi locus de *εἴ κεν* quando cum optativo construatur. Ceterum paucis versibus post, *A* 64, iterum errat Larochius, dum scribit:

*ἀλλ' ἄγε δὴ τινα μάντιν ἐρείομεν ἢ ἱερῆα
ἢ καὶ ὀνειροπόλον, καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διὸς ἔστιν,
ὅς κ' εἴποι ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.*

Satius fuisset non tangere conjunctivum, qui olim Wolfio placuerat, omnium autem optimum est propter digamma *ὄς εἶπη* scribere.

Addam ex *Odyssea* locum paulo difficiliorem de quo etiamsi certi quid tradere non possim, dicam tamen quid mihi verisimillimum videatur. Verba sunt *Telemachi β* 43:

*οὔτε τιν' ἀγγελίην ξρατοῦ ἐκλυον ἐρχομένοιοι,
ἦν χ' ὑμῖν σάφα εἶπω, ὅτε πρότερός γε πυθοίμην.*

Quo minus dubitari potest quin integer is locus sit, eo maiore suspicione premuntur *Aegyptii* verba *Telemachum* sic interrogantis, *β* 31:

*ἠέ τιν' ἀγγελίην ξρατοῦ ἐκλυεν ἐρχομένοιοι,
ἦν χ' ἡμῖν σάφα εἶποι, ὅτε πρότερός γε πύθοιτο.*

Dixeris enim ibi quoque conjunctivum *εἶπη* requiri, sed fateor hoc esse in incerto positum.

Maiore cum evidentia corruptela indicari poterit in nono *Iliadis* libro, *I* 243. ¹⁸
Verba sunt *Ulyssis* ad *Achillem*:

*εἰ δέ κεν Ἄργος ἰκοίμεθ' Ἀχαικόν, οὔθαρ ἀρούρης,
γαμβρός κέν οἱ ἔοις· τίσει δέ σε ἴσον Ὀρέση.*

Si contuleris ipsius *Agamemnonis* verba, vs. 141:

*εἰ δέ κεν Ἄργος ἰκοίμεθ' Ἀχαικόν, οὔθαρ ἀρούρης,
γαμβρός κέν μοι ἔον· τίσω δέ μιν ἴσον Ὀρέση.*

primum digamma faciet, ut certo certius rescribendum sit *τίσω δέ ἐ ἴσον Ὀρέση*. Deinde utroque loco opus est conjunctivo *ἰκώμεθ'*. Doctus quidam in Germania editor ita optativum interpretatur tanquam *Ausdruck entfernter und bloss gedachter Möglichkeit ohne Aussicht auf Entscheidung*. Si quis non statim intelligit quam sint ista sensu vacua et absurda, vertat tantummodo Latine et videbit. Homeri consuetudinem dicendi qui nondum cognovit, et doctus ille vir nondum eam perspexisse videtur, conferat in vicinia locos, vs. 362:

*εἰ δέ κεν εὐπλοίην δώη κλυτὸς ἐννοσίγαιος,
ἤματι κε τριτάτῳ Φοῖν ἐρίβωλον ἰκοίμην.*

Et vs. 414:

*εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἴκωμι φίλην ἐς πατρίδα γαίαν,
ᾧλετο μὲν μοι νόσος, ἐπὶ δηρὸν δέ μοι αἰὼν
ἔσσειται, οὐδέ κέ μ' ὄκα τέλος θανάτοιο κιχείη.*

Sed, uti dixi, infra videbimus, quando *εἰ κεν* recte cum optativo construatur; nunc unum locum addam, Ω 586, ubi itidem modi perperam confunduntur:

*μὴ ὁ μὲν ἀχνυμένη κραδίη χόλον οὐκ ἐρύσαιτο,
παῖδα ἰδὼν, Ἀχιλῆϊ δ' ὀρινθείη φίλον ἦτορ,
καὶ ἐ κατακτείνειε, Διὸς δ' ἀλίτηται ἐφετμάς.*

Hiatu non deterrebtor quominus corrigam *ἀλίτηται*. *Diese letzte und schlimmste aller gefürchteten Folgen*, nescio quis inquit, *wird durch den Conjunctiv unmittelbar vergegenwärtigt*. O praeclarum Graecum sermonem, in quo ipsa verba peculiarem modum habeant ad deorum iram declarandam! O conjunctivum modum dignum quem pii homines in coelum tollant!

Non dissimilis causa est eorum quae leguntur O 23:

*ὄν δέ λάβοιμι
ῥίπτασκον τεταγῶν ἀπὸ βηλοῦ, ὄφρ' ἂν ἴκηται
γῆν ὀλιγηπελέων.*

Audiamus interpretem: *Der Conjunctiv ἴκηται steht hier, indem sich der Sprechende in die Dauer der noch im Geschehen gedachten Handlung zurückversetzt; vom Standpunct der Erzählung aus hätte man den Optativ erwartet*. Adeo nihil est quod colorari non possit. Equidem interim sanam rationem sequar.

§ 30.

Saepe Homerus aoristorum conjunctivos usurpat futuri loco et particulam *άν* modo addit, modo omittit. Apponam locos quosdam, quibus particula non est addita.

- A* 262. οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας οὐδὲ ἴδωμαι.
B 488. πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μνησέομαι οὐδ' ὀνομήνω.
Z 459. καὶ ποτὲ τις εἶπῃσι, ἰδὼν κατὰ δάκρυ χέουσαν.
H 197. οὐ γάρ τις με βίη γε ἐκὼν ἀέκοντα δίηται.
I 121. ὑμῖν δ' ἐν πάντεσσι περιζλυτὰ δῶρ' ὀνομήνω.
O 350. αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι, οὐδέ νυ τόνγε
 γνωτοί τε γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θανόντα.
Ω 551. οὐδέ μιν ἀνστήσεις πρὶν καὶ κακὸν ἄλλο πάθησθα.
β 222. σῆμα τέ οἱ χεῦω καὶ ἐπὶ πτέρεα πτερεΐξω.
ζ 201. οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ διερὸς βροτῶν οὐδὲ γένηται.
π 438. οὐκ ἔσθ' οὗτος ἀνὴρ οὐδ' ἔσσειται οὐδὲ γένηται.

Ex his locis effici posse videtur, aoristos in *ΣΩ* apud Homerum hoc modo non usurpari. Duos tantum novi loci, qui repugnare videntur. Alterum supra jam examinavimus, cum ostenderem ibi Ulysses repente flavum fieri, qui *μελαγχροῖς* esset:

ν 399. ξανθὰς δ' ἐκ κεφαλῆς ὀλέσω τρίχας.

Accedit igitur novum argumentum, quo apparet interpolatum versiculum esse, nam neque aoristi conjunctivus in *σω* hoc modo usurpatur, et futurum non est ὀλέσω, sed ὀλέω vel ὀλώ. Vide etiam *A* 205.

Alter locus legitur *A* 558:

τῆ σ' οἴω κατανεῦσαι ἐτήτυμον, ὡς Ἀχιλλῆα
 τιμήσης, ὀλέσης δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

Quia *κατανεῦσαι* perfecti habet significationem, praestabit fortasse *τιμήσαις* et ὀλέσαις legere. Vitium igitur ejusdem generis erit atque in consimili versu *B* 4:

ἀλλ' ὄγε μερμήριζε κατὰ φρένα ὡς Ἀχιλλῆα
 τιμήσει', ὀλέσαι δὲ πολέας ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν,

ubi itidem olim conjunctivus vulgabatur. Solet quidem secunda persona in *EIAS* terminari, sed *ἀντιβολήσαις* habes *δ* 547 et *ν* 229 et ὀρίναις *A* 792.

Novi sane apud Homerum saepe parum aut nihil interesse, utrum particulam *άν* addas necne. Quae ad eam rem cognoscendam faciunt, quicumque Homeri

studiosus est aut sibi componet in unum, quod optimum factu est, aut examinet saltem quae alii doctissimi viri, in Germania praesertim, de eo usu composuerunt. Pauci tamen loci supersunt, quibus vulgata lectione equidem acquiescere nequeo. Quod legitur v. c. *E* 303:

ὁ δὲ χειρμάδιον λάβει χειρὶ
Τυδείδης μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρες φέροιεν,
οἷοι νῦν βροτοὶ εἶσ'· ὁ δέ μιν ῥέα πάλλει καὶ οἶος.,

cum videam ita edi *M* 447:

τὸν δ' οὐ καὶ δύο ἄνδρες δήμιον ἀρίστῳ
ῥηιδίως ἐπ' ἄμαξαν ἀπ' οὐδὲος ὀχλίσειαν,

non possum non suspicari veriore scripturam esse ὃ οὐ δύο καὶ ἄνδρες φέροιεν. Cf. Uylenbroekius in *Mnemos.*, Vol. II, p. 303.

Legitur *γ* 231:

ῥεῖα θεός γ' ἐθέλων καὶ τηλόθεν ἄνδρα σώσσει.

Verum quis non malit θεός καὶ ἐθέλων, collato *δ* 753:

ἢ γάρ κεν μιν ἔπειτα καὶ ἐκ θανάτοιο σώσσει.

Alia sunt, de quibus alii fortasse certiora pronuntiabunt, sed de vitio constat *Γ* 453: οὐ μὲν γὰρ φιλότητί γ' ἐκευθανον. Quia forma *κευθάνω* analogiae repugnat, qua requiritur ut *κυνθάνω* scribatur, sicuti *φυγγάνω*, *τυγχάνω* alia, simplicissimum erit transpositis literis emendare: οὐ μὲν γὰρ φιλότητί γ' ἔκευθον ἄν. Habeo in hac re Herwerdenum assentientem, cui etiam *ληθάνει η* 221 displicet pro *λανθάνει*.

§ 31.

Nihil mirum est apud Homerum inveniri *E* 684 *μὴ ἐάσης*, *I* 33 *μήτι χολωθῆς*, *Ξ* 111 *μήτι ἀγάσησθε*, *Ψ* 407 *μηδὲ λίπησθον*, *Ω* 779 *μὴ δεῖσητε*. Sed animadversione dignum est, praeter Atticorum consuetudinem Aoristi Imperativum cum negatione inveniri:

Δ 410. τῷ μὴ μοι πατέρας ποθ' ὁμοίη ἔνθεο τιμῇ.
Σ 134. ἀλλὰ σὺ μὲν μήπω καταδύσειο μῶλον Ἄρηος.
ω 248. ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δὲ μὴ χόλον ἔνθεο θυμῷ.

Tertiam personam inveni *π* 301:

μὴ τις ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἀκουσάτω ἔνδον ἐόντος.

Sed haec structura etiam Atheniensibus usitata est, cf. Porson. ad Hecub. 1174 et Elmsl. ad Aiac. 1180.

De conjunctione *μήπως* adnotandum est, eam aliquoties pro *ὅπως μή* usurpatam cum futuro indicativi modi construi, nimirum Ξ 310, Y 301, Ψ 428, ω 544. Cf. J. Bekkerus in Schedis Homericis, p. 89.

§ 32.

Credebant olim viri docti in Graeco sermone aut parum aut nihil interesse inter infinitivos aoristi et futuri. Confusionis causa penes librarios erat, qui milites pro futuris substituerunt aoristos. His postremis annis apud Atticos utique scriptores rescribi coeptum est id quod Graccitas postulabat; sed, quod mireris, in Homero vana quaedam religio fecit ut, perpauca doctis viris exceptis, nemo venerabilium membranarum fidem convellere auderet. Jubet tamen sana ratio Homeri esse eandem rationem quam veterum scriptorum omnium et nonnulli loci inter se collati perspicue monstrare poterunt, utra scriptura ubique locorum verior sit. Nemo, opinor, negabit cecinisse Homerum sic ut ab aequalibus commode intelligi posset; verum si Graeci non curarunt utriusque temporis discrimen, quomodo intelligere potuerunt Homerum canentem Σ 499:

*ὁ μὲν εὔχετο πάντ' ἀποδοῦναι
δήμῳ πιφαύσκων, ὁ δ' ἀναίνετο μηδὲν ἐλέσθαι.*

Multum interest, in iudicio praesertim, utrum dicas: *affirmo me REDDITURUM ESSE* an *affirmo me REDDIDISSE*: idem quoque interest inter *ἀποδώσειν* et *ἀποδοῦναι*. Graece non magis ea confundi possunt quam Latine. Is unde petebatur contendit in iudicio: *πάντ' ἀπέδωκα*: itaque *εὔχετο πάντ' ἀποδοῦναι*. Si dixisset *πάντ' ἀποδώσω*, causa ea numquam in iudicium venisset itaque ridiculum est *εὔχετο πάντ' ἀποδώσειν* et quia Graeci Graeca ista intellexerunt, consequitur eos numquam *ἀποδοῦναι* et *ἀποδώσειν* confudisse. Similis ratio est verbi *ἐλέσθαι* quam stultus petitor foret qui *ἀναίνοιτο μηδὲν αἰρήσεσθαι*. Sed quid multa in re aperta? Larochius qui non temere librorum fidem sollicitare solet, bene scripsit Γ 28 *φάτο γὰρ τίσεσθαι ἀλείτην* et E 288 *ἀτὰρ οὐ μὲν σφῶϊ γ' οἶω πρὶν γ' ἀποπαύσεσθαι*, quia futurum a libris aliquid commendationis habet; non ausus est corrigere ν 121, ubi prorsus idem legitur *φάτο γὰρ τίσασθαι ἀλείτην*. Recte edidit ω 470 *φῆ δ' ὄγε τίσεσθαι παιδὸς φόνον* non ausus est tangere Γ 366 *ἦ τ' ἐράμην τίσασθαι Ἀλέξανδρον κακότητος*. Quidni correxerit, effici potest ex iis quae adnotavit ad Γ 112, ubi primus omnium aoristum edidit: *ἐλλόμενοι παύσασθαι οἰζυροῦ πολέμοιο*, cum

vulgo ederetur futurum *παύσεσθαι*. Primum, inquit, *παύσασθαι* librorum optimorum auctoritate ita firmatur, ut ab iis recedere nisi gravissimis de causis non liceat. Deinde Laroehius contendit *ἔλπομαι* non solum aoristo jungi, si quid iam factum esse credatur, sed etiam si quid tam certe exspectetur, ut paene factum esse existimare possis. Denique jam paene triumphat et docet aoristum praefendum fore, etiamsi libri meliores in hac scriptura non consentirent. Nihil respondebo nisi illud, joculari tamen videri corrigere *Γ* 28 et scribere *φάτο γὰρ τίσεσθαι ἀλείτην*, non corrigere *υ* 121 et scribere *φάτο γὰρ τίσασθαι ἀλείτην*. Non ego is sum, qui Laroehium Graece docere possim, novi enim quot bona ille habeat, quibus ego careo, sed aliis auctor sum, ut conferant v. c. *I* 235 et *M* 107:

οὐδ' ἔτι φασὶ
σχῆσεσθ', ἀλλ' ἐν νηυσὶ μελαίνῃσιν πεσέεσθαι.,

vel *A* 764:

ἢ τέ μιν οἶω
πολλὰ μετακλαύσεσθαι, ἐπεὶ κ' ἀπὸ λαὸς ὀληται,

ubi Laroehius, quia *hoc tam certe exspectatur, ut paene factum esse existimare possis*, ex Harleiano Codice ambabus manibus arripere debuerat aoristum *μετακλαύσασθαι*. Vel *N* 89:

οὐ γὰρ ἔφραν φεύξεσθαι ὑπὲρ κακοῦ.

Sed quid multa in re aperta?

Miror Dindorfium, qui quantumvis ab omni superstitione liber, reliquerit tamen *X* 120:111

εἰ δέ κεν ἀσπίδα μὲν καταθείομαι ὀμφαλόεσσαν
καὶ κόρυθα βριαρῆν, δόρυ δὲ πρὸς τεῖχος ἐρείσας
αὐτὸς ἰὼν Ἀχιλλῆος ἀμύμονος ἀντίος ἔλθω
καὶ οἱ ὑπόσχωμαι Ἑλένην καὶ πτήμαθ' ἀμ' αὐτῇ,
πάντα μάλ' ὅσσα τ' Ἀλέξανδρος κοίλῃς ἐνὶ νηυσὶν
ἠγάγετο Τροίηνδ', ἦτ' ἔπλετο νείκεος ἀρχή,
δωσέμεν Ἀτρεΐδῃσιν ἄγειν, ἅμα δ' ἀμφὶς Ἀχαιοῖς
ἄλλ' ἀποδάσσεσθαι, ὅσα τε πτόλις ἦδε κευθεν
Τρωσὶν δ' αὖ μετόπισθε γερούσιον ὄρρον ἔλωμαι
μήτι κατακρύψειν, ἀλλ' ἔνδιχα πάντα δάσασθαι, κτέ.

Correxit ἀποδάσσεσθαι, nam vulgo legebatur ἀποδάσασθαι non emendavit

δάσεσθαι, quod tamen non minus necessarium est. Futurum κατακρύψειν flagitat ut sequatur futurum δάσεσθαι, sicuti recte copulantur aoristi Σ 511:

δίχα δέ σφισι ἄνδανε βουλή
ἢε διαπραθέειν ἢ ἄνδιχα πάντα δάσασθαι.

Nunc inspicio mihi quis σ 342:

φὰν γὰρ μιν ἀληθεία μυθήσασθαι.

Si luculenter apparet eo loco μυθήσασθαι significare dixisse, nemo ferre debet β 373:

ἀλλ' ὄμοσον μὴ μητρὶ φίλῃ τάδε μυθήσασθαι.

Ipsum illud quod requiro μυθήσεσθαι varia lectio est in Codice Harleiano habetque adeo aliquid a libro manuscripto praesidii. Est hoc praesidium, fateor, admodum leve, neque ego requiro praesidium in re quae satis tuetur se ipsam, sed si quis tamen praesidium requiret, conferre poterit ν. 173:

πατρὸς ἐμοῦ, ὃς ἔρασκε Ποσειδάων' ἀγάσασθαι.

Ad eum locum adscriptum est: διὰ τοῦ Σ ἀγάσασθαι. Didymi verba videntur esse quae Porsonus recte correxit sic: διὰ τοῦ Ε ἀγάσεσθαι. Eadem correctione opus est Θ 565, ubi eadem verba leguntur. Si quis autem dubitat, conferat Schol. X 118.

Deserit Aristarchum suum Larochius et scribit Θ 246:

νεῦσε δέ οἱ λαὸν σῶν ἔμμεναι οὐδ' ἀπολέσθαι. — ἀπολεῖσθαι

Novimus tamen in Aristarchi editione fuisse ἀπολεισθαι. Poterimus ea lectione uti ad emendandum ι 496:

καὶ δὴ φραμεν αὐτόθ' ὀλέσθαι, οὐδ' ὀλείεσθαι. — ἀπολεῖσθαι

ubi requiritur futurum ὀλεισθαι, sicuti recte futurum legitur μ 230:

ἔνθεν γὰρ μιν ἐδέγμην πρῶτα φανείσθαι.

Calamitosum verbum est πολεμίζειν, quod hodie tribus locis apud Homerum corruptum invenitur. Primus est Ο 179:

ἠπεῖλει καὶ κείνος ἐναντίβιον πολεμίζων
ἐνθάδ' ἐλεύσεσθαι.

Quia dicitur ἔρχομαι ὀψομένη, non ὀρώσα atque sic perpetuo hoc sensu verbum εἶναι jungitur cum participiis futuri temporis, postulat Graecitas ut scri-

batur *πολεμίζων*, quod praeterea monstrabit *K* 451, ubi *εἶσθα πολεμίζων* servatum est. Si dixit *ἔρχομαι πολεμίζων*, qua de re nemo dubitat, Homerus dixit quoque *ἐλεύσομαι πολεμίζων* et *ἦλυθον πολεμίζων*. Quis ferret v. c. pro *ὀψόμεναι* praesens tempus in hisce:

Ἵμεῖς μὲν νῦν δῦτε θαλάσσης εὐρυά κόλπον
ὀψόμεναί τε γέρονθ' ἄλιον καὶ δώματα πατρός.

Quin etiam quaeri potest, quod nunc obiter addam, scribendumne sit quod hodie editur *O* 545:

τὸ μὲν εἰσάσθην χαλκήρεα τεύχε' ἀπ' ὤμων
συλήσειν.,

an *συλήσονται*, quod mihi praeripet et ab Herwerdeno quoque commendatum fuit in Quaest. Epicis p. 32.

Alter locus ubi futurum *πολεμίζειν* perit, invenitur *Y* 85:

ὑπέσχεο οἴνοποτάζων
Πηλείδew Ἀχιλῆος ἐναντίβιον πολεμίζειν.

Dicendum est opinor *ὑπέσχεο πολεμίζειν*, sicuti *B* 112:

σχέτλιος ὃς πρὶν μὲν μοι ὑπέσχετο καὶ κατένευσεν
Ἴλιον ἐκπέρσαντ' εὐτείχεον ἀπονέεσθαι,

ubi *ἀπονέεσθαι* planissime futurum est.

Tertius, quem volebam, locus invenitur *Φ* 477:

εὐχομένου, ὡς τὸ πρὶν ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσιν
ἄντα Ἰοσειδάωνος ἐναντίβιον πολεμίζειν.

Futurum *εὐχομένου πολεμίζειν* non minus necessarium est, quam aoristus eo loco quem supra examinavimus: *εὔχετο ἀποδοῦναι*. Ceterum futurum *πολεμίζειν* legitur hodie *Ω* 667, quo loco prorsus non potuit perire:

τῇ δὲ δωδεκάτῃ πολεμίζομεν, εἶπερ ἀνάγκη.,

ubi videndum est an non praestet *ἦπερ ἀνάγκη*. Veteres grammatici, qui scribebant *ἢ θέμις ἐξί*, scripserunt, uti suspicor *ἦπερ ἀνάγκη*.

Admodum perspicuum est quid requiratur *O* 602:

ἐκ γὰρ δὴ τοῦ ἐμελλε παλιώξιν παρὰ νηῶν
θησέμεναι Τρώων, Δαναοῖσι δὲ κῦδος ὀρέξαι.

Quia futurum est *Θησόμεναι*, necessarium quoque est futurum *ὀρέξειν*, ut utriusque verbi in re eadem idem tempus sit, sicuti *O* 700:

οὐκ ἔρασαν φεύξεσθαι ὑπέκ κακοῦ ἀλλ' ὀλέεσθαι.

Sicuti autem supra ter Homero reddidimus futurum *πολεμίζειν*, sic semel quoque periit futurum verbi *κεραΐζειν*. Locus est *II* 830:

Πάτροκλ' ἦ που ἔφησθα πόλιν κεραΐζέμεν ἀμήν.

Nisi supra ubique frustra fui, rescribendum est *κεραΐζέμεν*. Atque hi quidem loci in omnibus libris hodie corrupti circumferuntur, itaque magis miror novissimos editores, qui aoristos reposuerint, quum olim recte futurum ederetur:

X 235. *νῦν δ' ἔτι καὶ μᾶλλον νοέω φρεσὶ τιμήσεσθαι.*

Ψ 773. *ἀλλ' ὅτε δὴ τάχ' ἔμελλον ἐπαΐξεσθαι ἀέθλον.,*

quum tamen saepe recte verbum *μέλλειν* cum futuro jungatur, v. c. *δ* 181 *μέλλεν ἀγάσσεσθαι*, *δ* 274 *κελευσέμεναι δέ σ' ἔμελλε*, cet.

Duo supersunt loci paulo graviozem corruptelam passi. Alter est *χ* 35:

ὦ κύνες, οὐ μ' ἔτ' ἐφάσκεθ' ὑπότροπον οἴκαδ' ἰκέσθαι. *Ζ 501*

In uno alteroque Codice legitur *οἴκαδενεῖσθαι*, cum interpretamentis *ἰκέσθαι*, *ἔλθειν*, *ἐπανήξειν*: itaque suspicor commendari debere correctionem *ὑπότροπον ἀπονέσθαι*, nam futuro certe carere non possumus. Alterum locum acutioribus expediendum relinquam, *δ* 254, *ἔμελλον κεραΐζειν*

ῶμοσα καρτερόν ὄρον

μὴ μὲν πρὶν γ' Ὀδυσῆα μετὰ Τρώεσσ' ἀναφῆναι

πρὶν γε τὸν ἐς νῆας τε θοὰς κλισίας τ' ἀφικέσθαι.

Ceterum adeo non abhorret Homerus ab usu futuri, ut ibi etiam inveniatur, ubi ex Atheniensium consuetudine aoristum potius exspectes. Non huc traxerim *Γ* 120 *κέλευεν οἰσέμεναι*, nam *οἰσέμεναι* aoristus est, verum *H* 36 *μέμονας καταπαυσέμεν* et *O* 105 *μέμαμεν καταπαυσέμεν*, *Φ* 482 *μέμονας σήσεσθαι*, *M* 198 *μεμασαν ὀήσεσθαι καὶ ἐνιπρήσεσθαι*, *B* 544 *μεμαῶτες ὀήσειν*, *M* 200 et 218 *περήσεμεναι μεμαῶσιν*, *ω* 395 *ἐπιχειρήσειν μεμαῶτες*, *Φ* 176 et *φ* 125 *ἐρύσσεσθαι μενεαίνων*, *φ* 399 *ἐφορμᾶται ποιησέμεν*. Saepius tamen post haec verba aoristus vel praesens invenitur. Cf. Bekker. Sched. Hom. p. 196. Postquam haec scripseram, cognovi Cobeti disputationem in Mnem. XIV p. 268 et XV p. 275. Quum viderem nos tantum non eadem scripsisse, laetus sum.

§ 33.

Nunc dicam cur mihi displiceat quod legitur X 220:

οὐ οἱ νῦν ἔτι γ' ἐξὶ πεφυγμένον ἄμμε γενέσθαι
οὐδ' εἴ κεν μάλα πολλὰ πάθοι ἐξάεργος Ἀπόλλων.

Recte εἴ κεν apud Homerum cum optativo construitur et operae pretium est illos locos considerare:

E 273. εἰ τούτω κε λάβοιμεν, ἀροίμεθά κε κλέος ἐσθλόν.

Θ 196. εἰ τούτω κε λάβοιμεν, ἐελποίμην κεν Ἀχαιοῦς.

B 123. εἴ περ γάρ κε ἐθέλοιμεν Ἀχαιοί τε Τρῶές τε
ὄρκια πισὰ ταμόντες ἀριθμηθῆμεναι ἄμρω,

πολλαί κεν δεκάδες δενοίατο οἴνοχόοιο.

T 322. οὐ μὲν γάρ τι κακώτερον ἄλλο πάθοιμι ὡς
οὐδ' εἴ κεν τοῦ πατρὸς ἀποφθιμένοιο πυθόμην.

K 381 = Z 50. τῶν κέν τοι χαρίζαιτο πατῆρ ἀπερείσι' ἄποινα
εἴ κεν ἐμὲ ζῶν πεπύθοιτ' ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν.

I 445. ὡς ἂν ἔπειτ' ἀπὸ σεῖο φίλον τέκος οὐκ ἐθέλοιμι
λείπεσθ', οὐδ' εἴ κέν μοι ὑποζαίη θεὸς αὐτός.

Ψ 593. εἰ καὶ νῦν κεν οἴκοθεν ἄλλο
μεῖζον ἐπαιτήσεας, ἄφαρ κέ τοι ἀντίκα δοῦναι
βουλοίμην.

Possum addere β 246, alios locos fortasse, sed apparet εἴ κεν cum optativo construi post optativos cum ἂν particula. Fit autem hoc in re incerta: ubi optativus cum ἂν particula futuri locum obtinet, εἴ κεν cum conjunctivo construendum erit sicuti perpetuo post futurum conjunctivus sequitur. Itaque Larochius recte scripsit E 279:

νῦν αὐτ' ἐγχείη πειρήσομαι αἶ κε τύχομι,

cum antea τύχομι legeretur. Itidem recte Larochius II 243:

ἀλλ' οὐ γάρ σ' ἐθέλω βαλέειν τοιοῦτον ἔόντα
λάσρη ὀπιπέυσας ἀλλ' ἀμραδὸν αἶκε τύχομι.

Eandem ob causam ^{supra} correximus I 141:

εἰ δέ κεν Ἄργος ἰκώμεθ' Ἀχαιῶν, οὐδ' αὖ ἀρούρης,
γαμβρός κέν μοι εἶσι τίσω δέ ἐ ἴσον Ὀρέην,

nam *γαμβρός κέν μοι έου* prorsus idem est quod *γαμβρός έσσειται*, quod minime cadit in locos supra exscriptos. Hinc recte quoque in superioribus me correxisse confido *A* 60:

*’Ατρείδη νυν αμμε πάλιν πλαγχθέντας ότω
άψ άπονοσήσειν, ει κέν θανατον γε φύγωμεν.*

Mirror praeterea *μ* 345:

*ει δε κεν εις ’Ιθάκην άφριζοίμεθα πατριδα γαιαν
αΐψά κεν ’Ηελίω ’Υπερίονι πίονα νηδον
τεύξομεν,*

et malim *άφριζόμεθα*, uti et *μίμνης ο* 545:

*Τηλέμαχ’, ει γάρ κεν σύ πολύν χρόνον ενθάδε μίμνοις
τόν δε τ’ έγώ κοιμώ, ξενίων δε οι ου ποθη έσαι.*

Itaque eo loco a quo fecimus dicendi initium itidem conjunctivum requiro *πάθη*, quia illud dicit: *φύγειν ημᾶς ου δυνήσεται, ουδ’ ει κεν μάλα πολλά πάθη*. Post futurum videmus conjunctivum postulari. Qui optativum tueri cupiet, utetur loco qui legitur *Ψ* 346:

*ει γάρ κ’ εν νύσση γε παρεξελάσθησθα διώκων
ουκ έσθ’ ός κέ σ’ ελθσι μεταλμενος ουδέ παρελθη,
ουδ’ ει κεν μετόπισθεν ’Αρείονα διον έλαύνοι.*

Vel *B* 597:

*ξυτο γάρ ευχόμενος νικησέμεν εΐπερ αν αυται ^{ημεις αμυμον}
Μουσαι αειδοιεν, ζουραι Διός αιγιόχοιο.*

Sed illis locis *ει κεν* et *εΐπερ αν* etiamsi significant.

Nihil est praesidii in *Η* 387, ubi optativus post imperfectum aliam ob causam necessarius est. Recte enim scribitur:

*ηνώγει Πριάμός τε και άλλοι Τρωες άγυμοί
ειπειν, αι κέ περ υμμι φίλον και ηδον γένοιτο, ^{η έννηται κατε νεκροί}
μυθον ’Αλεξάνδροιο, του ειπεται νεϊκος όρωμεν.*

Quaeri potest de *A* 792:

τις δ’ οιδ’ ει κεν οι συν δαίμορι θυμόν όρναίς; ^{η ης θεσμομαρτυρία}

Qua ratione *ει κε* cum optativo construitur, eodem modo etiam *επει αν* et *επι ην* cum optativo conjuncta inveniuntur. Recte dicitur *I* 304:

νυν γάρ κ’ ’Εκτορ’ ελεις, επει εν μάλα τοι σχεδόν έλθοι.

εΐ λεις δε

η 14
η λεις δε*

Recte quoque Ω 227:

αὐτίκα γάρ με κατακτείνειεν Ἀχιλλεὺς
ἀγκᾶς ἐλόντ' ἐμὸν υἷόν ἐπὴν γόου ἐξ ἔρον εἶην

et δ 222:

ὄς τὸ καταβρόξειεν, ἐπὴν⁷ ζοητῆρι μιγείη,
οὐ κεν ἐρημέριός γε βάλαι κατὰ δάκρυ παρειῶν.,

nec sollicitare ausim T 208:

ἦ τ' ἂν ἔγωγε
νῦν μὲν ἀνώγοιμι πολεμίζειν υἷας Ἀχαιῶν
νήξιας ἀκμήρους, ἅμα δ' ἠελίῳ καταδύντι
τεύξεσθαι μέγα δόρπον, ἐπὴν⁷ τισαί² μεθαλώβην.

Sed β 105, τ 150 et ω 140 inter ἐπεὶ et ἐπὴν mihi quidem non difficilis optio videtur et licet Larocho aliter videatur, scribam tamen:

νύκτας δ' ἀλλέσκειν ἐπεὶ δαΐδας παραθεῖτο

et

νυκτας δ' ἀλλέσκειν ἐπεὶ δαΐδας παραθείμην.

Eadem est ratio conjunctionis εἴπερ κε cum optativo: supra jam exscripsi B 123. Accedat nunc N 288:

εἴπερ γάρ κε βλήῃ πονεύμενος ἢ τυπείης,
οὐκ ἂν ἐν αὐχέν' ὀπισθε πέσοι βέλος οὐδ' ἐνὶ νότω.

Plura addi possunt, sed propero ad alia. Cf. Larocho. Hom. Disquis. p. 292.

§ 34.

Postquam in superioribus futurum nonnullis locis restituimus, nunc videbimus num praesenti quoque tempore hic illic succurrere possimus. Sumam mihi initium a B 448, ubi hodie legitur:

τῆς ἑκατὸν θύσανοι παγχρύσειοι ἠερέθονται.

Verissimum est quod Aristonicus adnotavit: Ζηνόδοτος δὲ γράφει παρατατικῶς ἠερέθοντο. ὅπερ οὐχ ἀρμόζει ἐπ' ἀθανάτων. Saepe ea Aristarchi observatio confirmari potest; memorantur v. c. z 349 Circeas ancillae

τέσσαρες, αἱ οἱ δῶμα κατὰ δρησειραι ἔασιν.

Aegidem describit Homerus *E* 739:

δεινήν, ἣν πέρι μεν πάντη φόβος ἐξεφάνωται.

In vicinia, *E* 726, de curru Junonis est:

πληῖναι δ' ἀργύρου εἰσὶ περιδρομοὶ ἀμφοτέρωθεν.

Itaque statim post, *E* 729, in ejusdem currus descriptione non fero:

τοῦ δ' ἐξ ἀργύρεος ῥυμὸς πέλεν· αὐτὰρ ἐπ' ἄκρῳ
δῆσε χρύσειον καλὸν ζυγόν.,

sed praesens tempus πέλει probō. De cesto quem Juno a Venere mutuatur, legimus Ξ 214:

ἧ καὶ ἀπὸ σήθεσφιν ἐλύσατο κεζὸν ἱμάντα,
ποικίλον· ἔνθα δέ οἱ Θεληγήρια πάντα τέτυκτο·
ἐνθ' ἐνὶ μὲν φιλότης, ἐν δ' ἴμερος, ἐν δ' ὀαριζύς,
πάρφρασις, ἧτ' ἐκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων

Non minus est ἀθάνατος Veneris cestus quam aegis Minervae, itaque Aristarchus, si secundo libro commendavit ἡερέθονται, nunc commendare debuit τέτυκται.

De Mercurio legimus ϵ 45 et Ω 341 eum habuisse baculum:

τῇ τ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
ῶν ἐθέλει, τοὺς δ' αὐτὲ καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

Minerva autem, α 97, hastam gerebat, ἄλκιμον ἔγχος

βριθὺ, μέγα, σιβαρόν, τῷ δάμνησι σίχας ἀνδρῶν.

Uterque autem calceos habebat, καλὰ πέδιλα

ἀμβρόσια, χρύσεια, τὰ μιν φέρον ἡμῖν ἐφ' ὑγρῆν
ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν.

Praesentis temporis sunt θέλγει, ἐγείρει, δάμνησι itaque restituendum est tribus locis quos dixi φέρει.

Unicum novi locum, ubi contrarium vitium latere suspicor, nempe ζ 87:

ἐνθ' ἦτοι πλῆνοι ἦσαν ἐπηετανοὶ, πολὺ δ' ὕδωρ
καλὸν ὑπεκπρορρέει, μάλα περ ῥυπόωντα καθῆραι.,

ubi malim ὑπεκπρόρρεεν.

§ 35.

Observanda est conjectura Aristarchi admodum infelix ad locum qui legitur Z 285:

*εἰ κείνον γε ἴδοιμι κατελθόντ' Ἄϊδος εἴσω,
φραίην κε φρέν' ἀτέρπου διζύος ἐκλελαθέσθαι.*

Satis notum est adjectivum ἀτερπής, sed illo loco solo invenitur quod analogiae legibus repugnat ἀτερος. Ea offensione caruit Zenodoti recensio, qui edidit, incertum an ex conjectura, φραίην κεν φίλον ἦτορ διζύος ἐκλ. Leniorem medicinam excogitavit Aristarchus: scripsit enim divisim ἀτερ που διζ. Efficitur hoc ex Eustathio p. 642. 16 collato cum Aristonici adnotatione, qui locum sic interpretatur: δόξαιμι ἂν ἐκλεθήσθαι τῆς κωκοπαθείας καὶ χωρὶς αὐτῆς γεγονέναι. Longe a me absit petulantia et tanti viri insectatio, sed tamen quantis cachinnis exciperetur, si quis hodie tam mirifice conjectare vellet! cf. W. Ribbeck. in Philolog. VIII, 673. Laudavi autem eum locum, ut componerem cum aliis locis, in quibus itidem Aristarchus conjungenda dissecuit vel dissecanda conjunxit. Sic statim ab initio A 14, scribit ξέμματ' ἔχων ἐν χερσίν, quod Laroehius recepit. Scio quidem cur et quomodo viri docti eam lectionem tueri soleant, sed Homerus, qui perpetuo amat eadem dicere eodem modo, vs. 28 σκήπτρον καὶ ξέμμα θεοῖο appellavit singulari numero. Itaque non videtur dubitandum, quin vera scriptura sit:

*λυσόμενός τε θύγατρα φέρων τ' ἀπερείσι ἀποινα
ξέμμα τ' ἔχων ἐν χερσίν ἐκηβόλου Ἀπόλλωνος.*

Scripsit idem A 59 νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὄϊω rectior scriptura est πάλιν πλαγχθέντας, nam verba cum praepositionibus componi solent, non cum adverbis. Sed Aristarchus amat τὰ σύνθετα, ζηρεσσαίφορήτους, πασιμέλουσα, ἐγχεσίμωροι, alia, de quibus rectene sic scribantur necne nunc non disputo, cf. Laroehius de Hom. Text. p. 312, sed παλιμπλαγχθέντας ferri non poterit, nec tulit adeo Laroehius, quem miror cur contraria ratione scripserit A 269 καὶ μὲν τοῖσιν ἐγὼ μίθ' ὁμίλειον et A 94 ἐπι προέμεν ταχυντόν, quae mihi quidem putida diligentia videtur. At K 247 quod scripsit ἐπεὶ περίοιδε νοῆσαι, quia nescio quid sit περιειδέναι, malim equidem ἐπεὶ περίοιδε. Magis autem mirum est Aristarchi iudicium de A 822, ad quem locum Laroehius mihi vera adnotavisse videtur. Cecinerat Homerus:

*τοὶ δ' ἰδρῶ ἀπεψύχοντο χιτώνων
ζάντε ποτὶ προίην παρὰ θῖν' ἀλός.*

Hic Aristarchus divisim scripsisse dicitur *σαν τε*, quae lectio paucos inveniet patronos, nam sic τὸ ὑζερον πρότερον fiet. Alibi, ut aequum est, lubenter agnoscimus rectum Aristarchi iudicium, v. c. α 112 et γ 10, de quibus locis videatur Cobetus Mnem. XII p. 35. Ceterum composita perimulta, quae hodie commendari solent, περικτείνοντο, περιχώσατο, περιδείδια, etiamsi Alexandrini grammatici sic scripserint, mihi quidem parum placent multumque praefero divisim scribere, quo ducit quoque tmesis I 433, A 567, M 322, nec tamen intercedo quominus in re perexigui momenti sua cuique placeant. In Larochio, quem vide cum alibi tum de Hom. Text. p. 201, 340, desidero aliquoties constantiam; sic de suo more scripsit ν 130 ἐμῆς ἔξεισι γενέθλης, alibi; ε 335 reliquit quae mihi verior scriptura videtur: Θεῶν ἔξ ἔμμορε τιμῆς. Μᾶλλον ἐπεκράτησεν ἢ παράδοσις, ut legitur Schol. I 449, ut ederetur παλλακίδος περιχώσατο, sed in tali re Alexandrinorum opiniones tuto negligi possunt.

Unum locum addam T 107:

ψευσήσεις, οὐδ' αὐτε τέλος μύθῳ ἐπιθήσει.

Qui non ἐπιθήσει μύθῳ τέλος, is non mentietur sed mentitur et mendax est. Itaque scribam ψεύσης εἶς, quod occupavit emendare Bekkerus.

§ 36.

Verba sunt Aeneae ad Pandarum E 227:

ἀλλ' ἄγε νῦν μάστιγα καὶ ἠνία σιγαλόεντα
δέξαι, ἐγὼ δ' ἵππων ἐπιβήσομαι ὄφρα μάχωμαι
ἢ ἐσὺ τόνδε δίδεξο· μελήσουσιν δ' ἐμοὶ ἵπποι.

Diu Pandarum Aeneas quaesivit, tandem eum conspexit et, postquam κατὰ τὸ σιωπώμενον de curru suo descendit, amicum alloquitur. Descendisse Aeneam de curru suo, ut Pandarum compellaret, dubitari non potest, nam mox sequuntur verba:

ὡς ἄρα φωνήσαντες ἐς ἄρματα ποικίλα βάντες
ἔμμεμαῶτ' ἐπὶ Τυδείδῃ ἔχον ὠκίας ἵππους.

Itaque Aristarchum miror qui scripserit ἐγὼ δ' ἵππων ἀποβήσομαι, cum in Zenodotea editione fuisset ἐπιβήσομαι multoque magis Larochium, qui cum Aristarcho errare maluerit quam cum Zenodoto verum sentire, cf. Wolf. in Praefat. p. LXXVIII. Contulit fortasse Aristarchus P 480, ubi recte Automedon ἐγὼ δ' ἵππων ἀποβήσομαι ὄφρα μάχωμαι, sed Automedon ex Achillis curru

haec verba pronunciat suntque in vicinia hostes, quibuscum pugnam initurus est. Diomedes autem versabatur in parte pugnae prorsus diversa; hinc vs. 275 demum legimus, postquam Diomedes et Sthenelus aliquamdiu inter se collo- cuti sunt:

τῷ δὲ τάχ' ἐγγύθεν ἦλθον ἐλαύνοντ' ὠκείας ἵππους.

Luce clarius est unice convenire *ἐπιβήσομαι* et errare eum, qui in quinto libro *ἀποβήσομαι* reponere velit, quia hoc compositum recte legatur libro septimo decimo. Saepe solent heroes, antequam pugnam ineant, de curru descendere: id ipsum fortasse Aeneas facturum erat, sed nunc currum conscendit, ut quam pri- mum in eam partem proclii se conferat, ubi Diomedes manu *πλεῖστοι κλονέονται*.

Verum narrat Scholiasta Aristarchum locum ita interpretatum fuisse: *ἀπο- βήσομαι τῆς τῶν ἵππων φροντίδος* vel *ἐκζηήσομαι τῆς ἐπιμελείας αὐτῶν*. Fidenter dicam quod sentio: haec sensum non habent. *Ἴππων ἀποβήσομαι* aut significat *de curru descendam* aut nihil significat. Fuerunt quibus imponeret Aristarchi auctoritas, sed cur grammaticum quantumvis magnum et prorsus in- comparabilem *ἀναμάρτητον* habeant, non intelligo. *Ἴππων ἐπιβήσομαι ὄφρα μάχωμαι* recte dictum est, nam colloquuntur inter se Aeneas et Pandarus re- moti a tumultu; post demum currum conscendunt, ut Diomedem adoriantur.

Esse video qui non recte iudicent de iis quae Didymus adscripsit ad I 222 *ἐδητύος ἐξ ἔρον ἔντο φαίνονται καὶ παρ' Ἀγαμέμνονι πρὶν ἐπὶ τὴν πρεσβείαν σείλασθαι δειπνοῦντες* φησὶ γοῦν:

αὐτὰρ ἐπεὶ σπείσαν τ' ἐπιόν θ' ὅσον ἠθελε θυμὸς
ὠρμῶντ' ἐκ κλισίης (vs. 177).

ἄμεινον οὖν εἶχεν ἄν, φησὶν ὁ Ἀρίσταρχος, εἰ ἐγγράπτο ἄψ ἐπάσαντο, ἔν' ὅσον χαρίσασθαι τῷ Ἀχιλλεῖ γεύσασθαι μόνον καὶ μὴ εἰς κόρον ἐσθίειν καὶ πίνειν λέγονται. ἀλλ' ὁμοῦς ὑπὸ περιττῆς εὐλαβείας οὐδὲν μετέθηκεν, ἐν πολλοῖς οὕτως εὐρὼν φερομένην τὴν γραφήν. Vide de eo loco Kayserum in *Philolog.* XVII p. 714.

Temeraria opinor conjectura est pro *ἐξ ἔρον ἔντο* reponere velle *ἄψ ἐπάσαντο*, neque *περιττῆ* mihi videtur ἢ *εὐλάβεια* eius, qui temerariam conjecturam non recipit in textum nec nos quemquam laudare solemus, quod non desultoria le- vitate in textum intulerit quod sibi primum venerit in mentem: tenuis ea laus est nec criticum in coelum vehimus, quod nihil magno opere peccarit. Est tamen locus noster dignus qui accurate expendatur, imprimis propter ea quae Senge- buschius disputat in *Homerica dissertatione* priore p. 199. Ac primum videmus illud, quod aliunde comprobatur, quam mirifice veteres de editoris officio sen- serint. Si Aristarchi *εὐλάβεια* Didymo *περιττῆ* visa est, sequitur eum non aegre

tulisse, sicubi Aristarchus emendationes paulo fortasse minus violentas aut in editione receperit aut certe commendaverit *ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν*. Quin et postea fuisse suspicor homines minime religiosos, qui sibi plus licere putarent quam Aristarcho et rescriberent in textu conjecturas, quibus ille in adnotationibus locum assignasset. Aristarchus, quo erat doctior et in re critica excellentior, nam sine exemplo magnus fuit, eo fuit prudentior et magis cavet, ne ingenii quod natura tribuerat acumine abuteretur. Nihil est mirandum, grammaticos qui post eum fuerunt, quo essent indoctiores et magistro inferiores, eo sensim audaciores esse factos. Sed ipse quoque Aristarchus, qui viderat artis infantiam, quam primus excoluit ipse et propemodum perfectam reddidit, ut analogiam suam adversus Pergamenos grammaticos tueretur, plus interdum sibi licere existimavit quam hodie quis vel in summo ac perfecto critico ferat. Medicinae quas adhibuit saepe fuere admodum lenes et admirabiles; interdum tamen recurrit ad remedia nimis violenta neque τὸ τέμνειν καὶ κείειν prorsus alienum a Critici munere putavit. Scilicet primum animadvertendum est, Codices, quos Aristarchus usurpare potuit, admodum fuisse vitiosos et inter varias lectiones, quarum erat ingens numerus, saepe optionem difficillimam fuisse. Ecce pauca quaedam exempla. Edidit Zenodotus *B* 258:

εἶ κ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κηχῆσομαι ὥς νύ περ ᾧδε.

Fuerat tamen in Sinopica editione *κηχῆσομαι ὥς τὸ πάρος περ*, in Massaliotica *κηχῆσομαι ὑξερὸν αὐτίς*, ἢ δὲ κατὰ *Φιλήμονα* habebat *κηχῆσομαι ἐν Δαναοῖσιν*. Scripserat Zenodotus *I* 36 ἴσασ' Ἀργείων ἠγήτορες ἢ δὲ μέδοντες; Aristarchus autem incertum de conjectura an ex melioribus libris ἤμην νεοὶ ἢ δὲ γέροντες. Zenodoti scriptura fuit *K* 306 αὐτοὺς οἱ φορέουσιν ἀμύμονα Πηλείωνα, Aristophanis *καλοὺς οἱ φορέουσιν*, Aristarchi autem *οἱ κεν ἄριστοι ἕωσι θοῆς ἐπὶ νηυσὶν Ἀχαιῶν*. Edidit Aristophanes et Aristarchus *T* 76:

*τοῖσι δὲ καὶ μετέειπεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων
αὐτόθεν ἐξ ἔδρης οὐδ' ἐν μέσσοισιν ἀναζάς.*

Erat autem in Massaliotica et Chia:

*τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη κρείων Ἀγαμέμνων,
μῆνιν ἀναξενάχων καὶ ὑφ' ἔλκεος ἄλγεια πάσχων.*

Joculare in paucis vitium erat *N* 363:

πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆα Καβησόθεν ἔνδον ἰόντα.

Legebatur autem in Argolica editione:

πέφνε γὰρ Ὀθρυονῆ Ἐκάβης νόθον υἷον ἐόντα.

De qua lectione Pluygersius conferatur in altero Programmate Leid. p. 11. Itaque Didymus, quod Stephanus Byzantius retulit, ὄλον βιβλίον συνέγραψε, ut urbis Cabesi memoriam instauraret et Hecubae pudicitiam tueretur. Quam scripturam Aristarchus eligit, eam dicitur προκρίνειν, v. c. Φ 265:

ὄσσάκι δ' ὀρμήσειε ποδάρκης δῖος Ἀχιλλεύς,

ad quem locum adscriptum est: *γράφεται καὶ οἰμήσειε. Προκρίνει δὲ τὴν διὰ τοῦ Ρ γραφὴν Ἀρίζαρχος.* Libros nactus meliores identidem pergebat emendare Homerum atque hinc potissimum repetendum discrimen inter utramque quam paravit editionem. Sic scripserat olim Ζ 4:

μεσσηγὺς ποταμοῖο Σκαμάνδρου καὶ Σομαλίμνης.

Υξερον δὲ περιπεσὼν ἔγραψε quod hodie circumfertur:

μεσσηγὺς Σιμόεντος ἰδὲ Ξάνθοιο ῥοάων.

Cf. de duplici Aristarchi recensione Laroehius de Hom. Text. p. 142 sqq.

Propter Codicum vitia natae sunt tot veterum Grammaticorum μεταθέσεις, interdum ἐπὶ τὸ χεῖρον uti ζ 256, interdum ἐπὶ τὸ βέλτιον. Μετατιθέναι autem, ut mihi videtur, de omni textus correctione dicitur, sive ea facta sit e simplici conjectura, sive libris addicentibus. Μεταποιεῖν is dici videtur, qui solo ingenio fretus veterem lectionem emendat. Legitur v. c. Υ 114:

ἦ δ' ἄμυδις καλίσασα θεοὺς μετὰ μῦθον ἔειπεν.

Zenodotus, ut apud Scholiastam est, ὄλον τὸν ζῖχον μεταποιεῖ et scribit:

ἦ δ' ἄμυδις καλίσασα θεοὺς ῥεῖα ζῶοντας.

Non agnoverat scilicet pronomen et putarat ἦ pro ἔρη esse positum. Pauca quaedam alia exempla addam. Editur α 424:

δὴ τότε κακκείοντες ἔβαν οἰκόνδε ἕκαστος.

Adscriptum est: *Ἔνιοι δὴ τότε κοιμήσαντο καὶ ὕπνου δῶρον ἔλοντο. μεταποιηθῆναι δὲ φασιν ὑπ' Ἀρισοφάνους τὸν ζῖχον.* Legimus ζ 29:

ἔκ γὰρ τοι τούτων φάτις ἀνθρώπους ἀναβαίνει.

ad quem locum scholium est: *Καλλίσρατος δὲ χάρις, ἀντὶ τοῦ χαρά. μεταποιησάι δὲ φασὶ τὸν Ἀρισοφάνην φάτις.* Quantum sibi licere putarit Aristo-

phanes, effici poterit ex *ν* 358 *ἀτὰρ καὶ δῶρα διδώσομεν*. Miratus est futurum cum reduplicatione, itaque *δυσχεραίνων τὸ διδώσομεν γράφει παρέξομεν*, temere uti apparet et sine causa. Prudenter Aristarchus saepe rediit ad veterem scripturam. Scribebatur *Κ* 349:

*ὧς ἄρα φωνήσαντε παρέξ ὁδοῦ ἐν νεκύεσσιν
κλινθήτην.*

Non tulit Aristophanes dualem numerum *φωνήσαντε*, quod supra Ulysses solus, non Diomedes, locutus fuisset itaque edidit:

*ὧς ἔφατ' οὐδ' ἀπίθησε βοήν ἀγαθὸς Διομήδης,
ἐλθόντες δ' ἐκάτερθε παρέξ ὁδοῦ ἐν νεκύεσσιν
κλινθήτην.*

Obloquitur Aristarchus: *Θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ Ὀδυσσεῶς εἰπόντος μόνου συλλήβδην ἔφη ὧς ἄρα φωνήσαντε· σύνηθες γὰρ αὐτῷ τὸ τοιοῦτο*, itaque laudato *Φ* 287, cuius loci eadem est ratio, reponit id, quod ante Aristophanem lectum fuerat. Ille idem tamen Aristarchus non libros secutus interdum, sed sensum ejus quod decet, quosdam versus obelo notavit sive *ἠθέτησεν*, nam fuit sane ea in re Zenodoto prudentior, quod versus quos improbabat scribebat quidem sed obelo notabat, in cuius locum uncini successerunt, quibus hodie utimur. Itaque Didymus qui bene norat Aristarchum, miratur alicubi, ineptum versiculum a summo critico sine obelo dimissum esse. Locus est quem in animo habeo, in *Odyssea δ* 511:

ὧς ὁ μὲν ἐνθ' ἀπόλωλεν, ἐπεὶ πῖεν ἀλμυρὸν ὕδωρ.

Contendit Didymus hunc versum *λίαν εἶναι εὐτελεῆ* et addit: *Θαυμάσαιμεν δ' ἂν πῶς παρέλαθε τὸν Ἀριζαρχον*. Sed Aristarchus quantum, spreta vitiosorum librorum auctoritate, iudicii acumini tribuerit, ostendere poterit *Τ* 365:

*τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλε τὼ δέ οἱ ὄσσε
λαμπέσθην, ὡσεὶ τε πυρὸς σέλας· ἐν δέ οἱ ἦτορ
δῦν' ἄχος ἄτλητον· ὁ δ' ἄρα Τρωσὶν μενεαίνων
δύσετο δῶρα θεοῦ, τὰ οἱ Ἡφαιζος κάμε τεύχων.*

Ad eum locum scholium est Didymi: *ἀθετοῦνται ξίχοι τέσσαρες· γελοῖον γὰρ τὸ βρυχᾶσθαι τὸν Ἀχιλλεῖα ἢ τε συνέχεια οὐδὲν ζητεῖ διαγραφέντων αὐτῶν*. Concedes sane argumenta quibus Aristarchus nunc utitur, non esse firmissima; itaque ex Scholio quantumvis corrupto illud tamen discimus, Aristarchum in priore editione *ἠθετηγέναι τοὺς ξίχους*, postea tamen *περιελεῖν τοὺς ὀβελούς*· unde simul efficitur quod supra posui, nihil prorsus differre *ἀθετεῖν* et *ὀβελίζεῖν*.

Ceterum plura supersunt exempla Aristarchum in altera correxisse quos in priore editione commisisset errores. Scripserat exempli gratia *N* 59 *κεκοφώς* hodie vel tirones sciunt apud Homerum istiusmodi perfecta non exstare et unice verum esse quod Aristarchus postea reposuit *κεκοπώς*. Cf. Duntzer. Zenod. p. 11 et Larochium de Hom. Text. p. 296.

Ut cognoscatur quae fuerit illa quae Didymo visa est *περιττή ευλάβεια*, cum alii loci conferri possunt, tum illi quos infra exscribam. Invenitur *II* 636:

χαλκοῦ τε ῥινοῦ τε βοῶν τ' εὐποιητάων.

Didymus adnotat: *ἀμεινον ἄν, φησὶν ὁ Ἀρίσταρχος, εἰ ἐγγράπτο βοῶν εὐποιητάων, ἔξω τοῦ τε συνδέσμου, ἔν' ἦν ῥινοῦς βοῶν.* Difficile foret dictu, quoties tales suspiciones, quas mihi dabis admodum leves esse, sese insinuaverint in textum. Incertum videri potest quid Aristarchus scripserit in altera editione *Σ* 207. Legitur hodie:

ὡς δ' ὅτε καπνὸς ἰὼν ἐξ ἄσσεος αἰθέρ' ἵκηται.

Scribit Didymus: *οἱ περὶ Διονύσιον τὸν Θυρᾶκά φασιν Ἀρίσταρχον πρῶτον ταύτη χρώμενον τῇ γραφῇ μεταθέσθαι καὶ γράψαι ὡς δ' ὅτε πῦρ ἐπὶ πόντον ἀριπρεπὲς αἰθέρ' ἵκηται. ἐμφατικῶς τὸ ἐν πολέμῳ πῦρ ἐπιτεθὲν τῷ Ἀχιλλεῖ παρέβαλε τῷ ἐν πολεμουμένῃ ἀπτομένῳ.* Fieri potest ut nova lectio ex commentariis sit depromta, sed potius crediderim eam ipsam fuisse receptam in alteram editionem: ducit eo verbum *μεταθέσθαι*. Alibi fidenter Aristarchus correxit quod cum Homeri perpetuo loquendi usu pugnare videbatur: displicuit ei optimo iure *O* 71 *Ἴλιον αἰπὺ ἐλοιεν* ad manum habuit emendationem *Ἴλιον ἐκπέρσωσιν*. Non magno constat ad hunc modum ex Homero quidquid displicuerit eliminare.

Criticae artis infantia cognosci potest *Ω* 636:

ὑπνώ ὑπὸ γλυκερῷ ταρπώμεθα κοιμηθέντες.

Quis hodie his Priami verbis offendatur? Offensus tamen est Aristarchus: legitur in Codice Veneto non *ταρπώμεθα* sed *πανσώμεθα* cum adnotatione Didymi: *οὕτως Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ ἀναπανσώμεθα ἀπρεπὲς γὰρ τὸ λέγειν τὸν Πρίαμον ταρπώμεθα.* Nunc nemo hoc perverso Aristarchi iudicio decipietur, sed dummodo excidisset Didymi adnotatio, quod quam facile fieri potuerit omnes vident, legeremus in textu cum Codice Veneto Aristarchi infelicem conjecturam et periisset memoria genuini verbi *ταρπώμεθα*. Consimilis ratio loci in *Odyssea* λ 525, quem versum nuper Cobetus tractavit. In equo Trojano Ulyssi mandatum erat:

ἡμὲν ἀνακλῖναι πυκινὸν λόχον ἢδ' ἐπιθεῖναι.

Adnotatur: περιγραπτόν ὡς ἀπρεπῆ· Θυρωροῦ γὰρ ἔργον. Fuit quoque in ea opinione Aristarchus ipse, nam οὐκ οἶδε τὸν ζῆχον. Adeo serviunt omnes temporibus, quibus vivitur.

Ad Aristarchum cognoscendum utilis imprimis locus est, qui legitur δ 285. Narrat uxori Menelaus, quomodo Ulysses Graecorum duces retinuerit, qui auditis suarum uxorum vocibus, quas Helena deinceps imitando exprimeret, ex equo Trojano exire vellent:

ἐνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἀκὴν ἔσαν υἷες Ἀχαιῶν,
 Ἄντικλος δὲ σέ γ' οἶος ἀμείψασθαι ἐπέεσσιν
 ἤθελεν· ἀλλ' Ὀδυσσεὺς ἐπὶ μάσκα χειρὶ πίεζε
 νωλεμῶς κρατερῆσι, σάωσε δὲ πάντας Ἀχαιοὺς.
 τόφρα δ' ἔχ' ὄφρα σε νόσφιν ἀπήγαγε Παλλὰς Ἀθήνη.

Hos versus olim laudabant οἱ χωρίζοντες, ut sic tuerentur τὸ παράδοξον suum, Iliadem et Odysseam non unius esse ejusdemque poetae. Ad eam causam obtinendam hodie critici uti solent argumentis haud parum firmioribus. Sed illi observarant Anticlum inter duces in Iliade non memorari. Obloquitur Aristarchus et utitur admirabili argumento, quinque versus laudatos esse spurios. Ἀρίσαρχος τοὺς πέντε ἀθετεῖ, ἐπεὶ ἐν Ἰλιάδι οὐ μνημονοῦει Ἀντίκλου ὁ ποιητής. Fuere qui responderent: ἀλλ' οὐδὲν τὸ κωλύον οὐ βασιλεία ὄντα τοῦτον ἀλλὰ γενναῖον εἰς τὴν ἐνέδραν ταχθῆναι, οὐ τῶν ἡγεμόνων μόνον ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιλέκτων ἐπὶ τὴν πρᾶξιν ἡρημένων. Et tamen parum abfuit quin quinque versus obelo ab Aristarcho notati e Homeri textu excidissent; legitur enim in Codice Harleiano, quae adnotatio Didymi esse perhibetur: οὐκ ἐφέροντο σχεδὸν ἐν πάσαις οἱ πέντε. Itaque absque Didymo illorum versuum memoria penitus intercidisset. Aiunt τὰ τῆς διαθέσεως εἶναι ψυχρά· equidem illam ψυχρότητα minime agnosco et gaudeo quod nunc quidem Homerus nihil cepit detrimenti. Verum quis dicat quot versus eodem similive modo nobis perierint? Vide tamen Nitzschium in den Beiträgen p. 201. Aliud exemplum invenitur eiusdem generis α 356, sed non opus videtur haec ultra persequi, quia satis explicavi quo jure Aristarchus dici possit περιττῶς fuisse εὐλαβής. Scilicet sapiebat supra aequales, sed sapiebat tamen cum aequalibus nec θεῖος ἀνὴρ humanae sortis expers erat, qui criticam artem condidit non perfecit. Non tamen me teneo quin addam χ 144:

ἐνθεν δώδεκα μὲν σάκε' ἔξελε, τόσσα δὲ δοῦρα
 καὶ τόσσας κυνέας χαλκήρεας ἵπποδασείας.

Ad quem locum Scholion est: Ἀρίσαρχος ἀθετήσας κελίασιν, ἀδύνατον εἶναι

εἰπὼν τοσαῦτα βασιᾶσαι ἄνθρωπον! Hic digni sunt qui conferantur Wolfius in Prolegomenis p. CCL, Nauck. de Arist. Byz. p. 56 et Düntzer. de Zenodoto p. 49. Mitto dicere de *I* 458—461, quos versiculos secundum Plutarchum de audientibus poetis 8 Ἀριστάρχος ἐξεῖλε φοβηθεῖς. Ultimum vocabulum corruptum est, sed videmus causam perquam levem cur Aristarchus locum deleverit. Addo Larochium de Hom. Text. p. 52, 62, 367, qui mihi tamen non usquequaque persuasit. Plurima quae huc faciunt Cobetus habet in Mnem. XIII p. 163.

§ 37.

Ignoratio Aeolicae literae haud raro fecit, ut Aristarchus Homerum corrumpere. Legebatur v. c. *E* 787:

αἰδῶς Ἀργεῖοι κἀκ' ἐλέγχεα, εἶδος ἀγητοί.

Collatis *A* 242 et *Ω* 239 rescripsit ἐλεγχέες· meliora eum docere potuerant *B* 235 et *Ω* 260. Eiusdem generis error est *Θ* 526, ubi recte Zenodotus ἐλπομαι εὐχόμενος, Aristarchus autem εὐχομαι ἐλπόμενος. Itidem ut hiatus vitaret ultro corrumpit *I* 73, ad quem locum scholium est: αἰ Ἀριστάρχου οὕτως εἶχον διὰ τοῦ γάρ πολέσιν γάρ ἀνάσσεις. ἔχει δέ τι Ὀμηρικὸν καὶ ἡ διὰ τοῦ δέ πολέεσσι δ' ἀνάσσεις. Itaque Aristarchum latuit quod hodie vel tirones norunt, veram esse scripturam πολέσιν δὲ ἀνάσσεις. Recte editur *Ξ* 235 ἐγὼ δέ κέ τοι ἰδέω χάριν ἡματα πάντα. Scholium est: Ἀριστάρχος χάριν εἰδέω αἰ δὲ δημῶδεις εἰδέω χάριν, quod quisvis hodie corrigat ἰδέω χάριν. Cf. Ribbeck. Zenodot. in Philologo VIII p. 712 et Cobet. in Mnem. XIII p. 349.

Fateor me non satis pervidere, cur Aristarchus corrumpere voluerit *H* 197: οὐ γάρ τις με βίη γε ἐκὼν ἀέκοντα δίηται. Dixeris tamen sat notas esse locutiones ἐκὼν ἀέκοντί γε θυμῶ et τὴν δ' ἐθέλων ἐθέλουσαν ἀνήγαγεν ὄνδε δόμονδε, alias, at maluit cum immani hiatus scribere ἐλὼν ἀέκοντα δίηται.

Alibi syntacticam rationem pervertit, nempe *Θ* 23:

ἀλλ' ὅτε δὴ καὶ ἐγὼ πρόφρων ἐθέλοιμι ἐρύσαι
αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ' αὐτῇ τε θαλάσση.,

ubi edidit ἐθέλωμι. Requirit optativum Aristarcho potuerant monstrare verba quae proxime praecedunt:

ἀλλ' οὐκ ἂν ἐρύσαιτ' ἐξ οὐρανόθεν πεδίονδε
Ζῆν' ὑπατον μήσωρ', οὐδ' εἰ μάλα πολλὰ κάμοιτε.

Contra Aristarchus recte *I* 397:

τάων ἦν κ' ἐθέλωμι φίλην ποιήσομ' ἄχοιτιν.,

conjunctivum scripsit pro optativo. Sed iterum erravit *K* 452:

*εἰ δέ κ' ἐμῆς ὑπὸ χερσὶ δαμῆϊς ἀπὸ θυμὸν ὀλέσσης,
οὐκέτ' ἔπειτα σὺ πῆμά ποτ' ἔσσειαι Ἀργείοισιν.,*

ubi traditur edidisse optativum *ὀλέσσαις*, cui locus nunc non est.

Memoratu dignum est quod adnotatum invenio ad *Θ* 235:

*νῦν δ' οὐδ' ἐνὸς ἀξιοί εἶμεν
Ἐκτορος, ὃς τάχα νῆας ἐνιπρήσει πρὸς κηλίφ.*

Scholium ad eum locum est: *ἦττον ἂν φησιν Ἀρίσταρχος ὀνειδιστικὸν εἶναι, εἶπερ οὕτως ἐγγράπτο· Ἐκτορος ᾧ δὴ κῦδος Ὀλύμπιος αὐτὸς ὀπάζει.* Haec igitur est quae Alexandrinis videbatur *περιττὴ εὐλάβεια*. Aristarchus nunc nihil quidem admodum peccavit, sed fatendum est exiguam esse laudem, si quis quidvis pro quovis reponere noluerit. Verum illud summo opere vereor, ne postea fuerint qui *μηδὲν εὐλαβούμενοι* Aristarchi suspensiones ejus generis inferrent in textum. Neque Aristarchus ipse perpetuo eam *εὐλάβειαν* usurpavit. Vidimus eum supra *ὑπὸ περιττῆς εὐλαβείας οὐδὲν μεταθεῖναι*, contra ad *I* 464 adscriptum est id quod dicam. Versus est:

ἦ μὲν πολλὰ ἔται καὶ ἀνιψιοὶ ἀμφὶς ἔόντες.

Scribit Didymus: *Διονύσιος ὁ Θράξ φησὶ γεγραμμένου ἀντιόωντες μεταθεῖναι τὸν Ἀρίσταρχον ἀμφὶς ἔόντες.*, quae conjectura etiamsi probabilis sit, satis tamen violenta est.

Graviter erravit Aristarchus *K* 53:

ἀλλ' ἴθι νῦν Αἴαντα καὶ Ἰδομενῆα κάλεσσον.

Docet Didymus *δυσκῶς* Aristarchum scripsisse *Αἴαντε*. Quia infra sequitur vs. 175:

*ἀλλ' ἴθι νῦν Αἴαντα ταχὺν καὶ Φυλῆος υἱὸν
ἄνησον,*

facile est videre Aristarchum errare et priore loco Aiacem Telamonium solum memorari. Additur quidem: *ὁ δὲ Τηλέφος λέγει κακῶς εἰρηζέσθαι τὸν Δίδυμον*, sed si error subest Didymi in Aristarchi lectione referenda, hic quidem excusabitur, nec tamen minus inde sequetur, inter Aristarcheas lectiones quae hodie feruntur, esse quasdam nulla fide dignas. Alibi in simili re Aristarchus melius, nempe *M* 343:

*ἔρχο δῖε Θεῶτα, Θέων Αἴαντα^κ κάλεσσον,
ἀμφοτέρω μὲν μᾶλλον.,*

ubi perperam Zenodotus *Αἴαντε*.

§ 38.

Ostendit Cobetus in *Mnemosynes* vol. XIII, p. 217 sinceras esse Zenodoti scripturas *Θ* 448 *καμέτην*, *Κ* 545 *λαβέτην* et *Α* 782 *ηθελέτην*, cum Aristarchus scripsisset *κάμετον*, *λάβετον*, *ηθέλετον*. Ac sane concedendum est Elmsleium, qui primus docuerit secundam personam dualem a tertia numquam fuisse diversam, verum vidisse videri, quamquam id quod narratur de discrimine earum personarum, quarum secunda ultimam syllabam brevem habuerit, tertia longam, non prorsus commenticium esse possit, si quidem eodem modo inter utramque formam ab Indis distinguitur. Permirum autem est interdum etiam tertiam personam dualem imperfecti temporis apud Homerum in *ON* desinere. Legitur v. c. *Κ* 364:

ὡς τὸν Τυδείδης ἠδὲ πολίπορθος Ὀδυσσεὺς
λαοῦ ἀποτμήξαντε διώκετον ἐμμενῆς αἰεὶ.

Adnotatum fuit ad eum locum: *ὅτι τὸ διώκετον σημαίνει διώκουσιν ἢ διώκετε, οὐ τὸ διωκέτην*. Quod ut ostenderet Aristarchus, provocavit ad *η* 104, in quo loco parum est praesidii; pertinet enim ad descriptionem regiae Alcinoi estque sine dubio postmodo interpolatus.

Secundus locus quem volo de Marte est, *N* 301:

τῷ δὲ Φόβος φίλος υἱὸς ἄμα κρατερὸς καὶ ἀταρβῆς
ἔσπετο, ὅς τ' ἐφόβησε ταλάφρονά περ πολέμισήν·
τῷ μὲν ἄρ' ἐκ Θρήκης Ἐφύρους μετὰ θωρήσσεσθον
ἠὲ μετὰ Φλέγνας μεγαλήτορας· οὐδ' ἄρα τῶγε
ἔκλυον ἀμφοτέρων, ἐτέρουσι δὲ κῦδος ἔδωκαν.

ubi displicet sane praesens *θωρήσσεσθον*.

Tertius locus in vicinia legitur *N* 346:

τῷ δ' ἀμφὶς φρονέοντε δῦω Κρόνου υἱε κραταιῷ
ἀνδράσιν ἠρώεσσιν ἐτεύχετον ἄλγεα λυγρά.

Scholion est adscriptum: *ἢ διπλῆ ὅτι ἀντὶ τοῦ τετευχέτην ἢ τεύχουσι*, tum quod laudatur *Κ* 361 *ἢ κεμάδ' ἠὲ λαγῶδον ἐπέιγετον*, error quidam Scholiastae latere videtur, qui laudare debuit non *Κ* 361, in quo loco prorsus nihil est praesidii, sed *Κ* 364, quem versum supra descripsimus.

Denique *Σ* 583 in scuti descriptione invenimus:

τῷ μὲν ἀναρρηξαντε βοὸς μέγαλοιο βοεῖην
ἔγκατα καὶ μέλαν αἷμα λαφύσσετον· οἱ δὲ νομῆες κτέ.

Scholion ibi est: ἡ διπλῆ ὅτι χρόνος ἠλλακται· τὸ γὰρ λαφύσσεται λαφύσσουσι· παρὲλθεται ὁμοιον τῶ· λαοῦ ἀποτμήξαντε διώκετον (K 364).

Incredibilis ea res est, unde me extricare nequeo. Cf. Bekkerus in Sched. Homericis p. 51, qui addit etiam N 613, II 218 et Ψ 506, ubi vide Schol.

Reliqua de usu dualis numeri apud Homerum in vulgus nota. De corrupta forma προφανείσα ipse quaedam olim dedi in altera commentatione Platonica et nunc conferri poterit Dindorfius ad Iliad. Praef. p. VIII. Addo tantum ρ 344: ὡς οἱ χεῖρες ἐχάνδανον ἀμφιβαλόντι, ubi in Codice Harleiano memorabilis est varia lectio ἀμφιβαλόντε.

§ 39.

Pronomen interrogativum apud Homerum est τί vel τιή, nam littera H interdum adhaeret eodem modo quo in ἐπεὶ et ἐπειή. Fugit hucusque grammaticorum acumen, exstare quoque genetivum τευή, cuius duo mihi exempla lecta sunt. Legitur γ 348:

ὡς τέ τευ ἢ παρὰ πάμπαν ἀνείμονος ἠὲ πενιχροῦ,
ᾧ οὐ τι χλαῖναι καὶ ῥήγεα πόλλ' ἐνὶ οἴκῳ.

Quae est ista oppositio? Οἱ ἀνείμονες iidem sunt qui οἱ πενιχροί· nonne ἀνείμων est πενιχρὸς ἐσθῆτα οὐκ ἔχων, sive, ut apud Homerum est, ᾧ οὐ τι χλαῖναι καὶ ῥήγεα πόλλ' ἐνὶ οἴκῳ? Apparet opinor veram scripturam esse:

ὡς τε ΤΕΥΗ παρὰ πάμπαν ἀνείμονος ἠδὲ πενιχροῦ κτέ.

Eadem correctio plus faciet ad recte intelligendum τ 109:

ἢ γὰρ σευ κλέος οὐρανὸν εὐρὺν ἰκάνει,
ὡσε τευ ἢ βασιλῆος ἀμύμονος, ὅς τε θεουδῆς, κτέ.

Nemo hucusque illud ἢ intelligere potuit et quia unum tantum exemplum ponitur, τὸ ἀνακόλουθον ad quod viri docti confugerunt, admodum durum est. Si quis scribet ὡσε ΤΕΥΗ βασιλῆος, omnis difficultas evanescet. Solus Plato obstare videtur in Rep. II p. 363 B. Cf. J. Bekker. in Schedis Homericis p. 200.

§ 40.

Nunc componam in unum grammaticas quasdam observationes, quibus aptum locum hucusque frustra quaesivi. Saepe Homerus facit quod reliqui Graeci omnes solent et cum verbis conjungit nomina cognatae significationis. B 121 est πόλεμον

πολεμίζειν, B 788 ἀγοράς ἀγορεύειν, M 175 et ι 54 μάχην ἐμάχοντο, ζ 61 βουλὰς βουλεύειν, κ 518 χοὴν χεῖσθαι, γ 87 ἀπώλετο λυγρὸν ὄλεθρον, ι 303 ἀπωλόμεθ' αἰπὺν ὄλεθρον, ο 491 ζῶεις ἀγαθὸν βίον. Memorabiles igitur loci sunt:

δ 489. ἤε τις ὤλετ' ὄλεθρῳ ἀδευκέϊ ἧς ἐπὶ νηός
et λ 412. ὡς θάνον οἰκτίσῳ θανάτῳ περὶ δ' ἄλλοι ἐταῖροι κτέ.

Nondum ni fallor intellectum est ὠθεῖν apud Homerum interdum idem valere quod ἔλκειν· ecce testimonia:

E 835. ὡς φραμένη Σθένηλον μὲν ἀφ' ἵππων ὥσε χαμαῖζε
χειρὶ πάλιν ἐρύσσασα Et
E 694. ἐκ δ' ἄρα οἱ μηροῦ δόρυ μείλινον ὥσε θύραζε.

Notum est apud Athenienses fora appellari ipsarum rerum venalium nominibus. Est eius usus jam apud Homerum quasi umbra et leve vestigium:

Α 500. ὅς οἱ Ἀβυδόθεν ἦλθε παρ' ἵππων ὠκειάων,

cum Schol.: ἵπποι τόπος ἐν ᾧ ἵπποι ἐγένοντο ταχεῖς.

Apud Homerum eadem ratione qua apud Athenienses praepositio σὺν haud raro omittitur. Quam late is usus pateat, cognosci potest ex exemplis quae sequuntur:

I 542. πολλὰ δ' ὄγε προθέλυμα χαμαὶ βάλε δένδρεα μακρὰ,
αὐτῆσι ῥίζησι καὶ αὐτοῖς ἀνθεσι μῆλων.
Υ 482. τῆλ' αὐτῆ πῆληχι κάρη βάλε.

Atque haec duo exempla minus fortasse notabilia, nam de more est ibi quaedam exitii significatio, quae non apparet in ceteris:

Θ 24. αὐτῆ κεν γαίῃ ἐρύσαιμ' αὐτῆ δὲ θαλάσση.
Θ 290. ἢ τρίποδ' ἠὲ δύω ἵππους αὐτοῖσιν ὄχεσφιν.
Α 699. τέσσαρες ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν.
Ο 186. ἢ ῥα καὶ αὐτῷ φάρεϊ ἀναΐξας λάβε δίσκον.
ξ 77. ὀπτήσας δ' ἄρα πάντα φέρων παρέθην' Ὀδυσῆι
Θέρμ' αὐτοῖς ὀβελοῖσιν.
ν 219. ἄλλων δῆμον ἰκέσθαι ἰόντ' αὐτῆσι βόεσσιν.
φ 54. ἐνθεν ὄρεξαμένη ἀπὸ πασσάλου αἶνυτο τόξον
αὐτῷ γωρυτῷ, ὅς οἱ περικεῖτο φαιινός.

§ 41.

Admodum memorabile mihi videtur esse, complura esse vocabula, quae apud reliquos Graecos frequentissimo usu terantur et tamen raro aut numquam ab Homero usurpentur. Id quod est *βάρβαρος* verbi causa non legitur nisi in composito *βαρβαρόφωνοι Κάρες B 867*. Comparativus *βράσσων K 226*, quod hodie satis constat, pro *βραδύτερος* stare non potest, sed derivandus est ab eo quod est *βραχύς*, quo tamen adjectivo Homerus abstinet. Impersonale *δεῖ* non legitur nisi *I 337*, *λόγος O 393* et *α 56*, *ἀλογήσει* autem *O 162* et *178*. *Lex* apud Homerum nondum *νόμος* dicitur, licet *ἐννομίη* inveniatur *ρ 487*, cf. Lehrs. Aristarch. p. 348. *Ἀπαξ εἰρημένα* quoque sunt *ζητεῖν Ξ 258*, *σοφίη O 412* et *μυσεῖν P 272*. *Τέχνη* cum derivatis in Iliade perraro invenitur nec fere nisi *Γ 61*, *O 14*, *Ψ 415*; *δραῖν* cum compositis et derivatis in Odyssea tantum, cf. Faesius ad *ο 317*. *Μίρος* in neutro carmine obviam est, *χοῆμα* in Odyssea tamen, uti et *λόχος* pro cohorte *υ 49*. *Ἐπιχειρεῖν* denique in Odyssea est *ω 386*.

Addo nulla deminutiva in Homeri carminibus legi, quae vera est veteris grammatici observatio ad *N 71*. Revera deminutiva quidem sunt *τεχίον, μηρίον, ἀμνίον*, alia sed nemo jam sentiebat, quod prudenter Bergkii ostendit in *Histor. Litt. Gr.* p. 107. Hinc *ρ 231* Bekkerus in Schedis Homericis p. 318 legit *πλευρι᾽ ἀποτριψουσι*.

§ 42.

Post alios viros doctos Maximilianus Sengebuschius in *Homerica* dissertatione I, p. 72 nuper luculenter demonstravit, quam vitiosus Homeri Codex fuerit, quo Aristoteles usus sit. Minime opus est repetere, quod quivis facili opera existimare poterit, sed unum addam exemplum. Homeri versus est *λ 598*:

αὐθις ἔπειτα πέδονδε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδῆς,

apud Aristotelem autem *Rhetor. III, 11* ita legitur:

αὐθις ἐπὶ δάπεδόν τε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδῆς.

Apparet utra lectio sincerior sit; alium tamen novi locum, cui Aristotelis libri mederi poterunt. Legitur *Metaphys. III, 5*: *Ἄριστοτος ἐποίησε τὸν Ἐκτορα, ὡς ἐξέζη ὑπὸ τῆς πληγῆς; κείσθαι ἀλλοφρονέοντα* et de *Anim. I, 2*: *διὸ καλῶς*

ποιῆσαι τὸν Ὅμηρον, ὡς Ἐκτωρ κεῖτ' ἄλλοφρονέων. Editur hodie apud Homerum O 244:

Ἐκτωρ, υἱὲ Πριάμοιο, τίη δὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἄλλων
ἦσ' ὀλιγηπελέων; ἦ ποῦ τί σε κῆδος ἰκάνει;

sed in Aristotelis Codice videmus lectum fuisse *κεῖσ' ἄλλοφρονέων* et *κεῖσθαι* quidem verbum tolerari non debet, Hector enim οὐδ' ἔτι κεῖτο, ut est vs. 240, sed cum statim sequatur:

τὸν δ' ὀλιγοδρανέων προσέφη κορυθαίολος Ἐκτωρ,

ne ingrata repetitio sit in vocabulis *ὀλιγηπελέων* et *ὀλιγοδρανέων* juxta positis, aliquid commendationis habet lectio *ἦσ' ἄλλοφρονέων*. Praeterea vid. Mistriotis p. 187.

Homeri Codex, quo Plato usus est, multo fuit melior nec tamen Plato multa confert, quibus uti possumus ad Alexandrinorum recensionem emendandam. De hoc argumento itidem Sengebuschius dixit l. l. p. 118 et post eum Laroehius in libro de Hom. Text. p. 36, ad quem lectorem ablegare satis est. Idem quoque argumentum ante aliquot annos ipse attigeram in Commentatione Platonica altera, quae quum paucorum in manus pervenerit, non alienum videtur quaedam excerpere de quaestione quam Laroehius non ab omni parte pertractavit. Quod autem olim egi ut iis locis quibus Homerus respicitur Platonem emendarem, id nunc nobis *ὄδοῦ πάρεργον* erit neque intercedo, quominus reliquam huius paragraphi partem transsiliant ii qui devetricula oderint.

Primum vide quid editores tulerint in Ione p. 538 E: *ἃ ὁ τῶν Μελαμπο-
διδῶν λέγει μάντις πρὸς τοὺς μνηστῆρας Θεοκλύμενος*. Hic certe *μάντις*
et *Θεοκλύμενος* alienis sedibus inserta sunt et sic interpolationem manifestam
faciunt. Admodum utile est tales locos diligenter animadvertere, quibus interpo-
latio non tantum ineleganter abundat, nam de ea abundantia alii aliter judica-
bunt, sed quibus aut violatur Atticorum dicendi consuetudo aut glossa margi-
nalis a vocabulo divulsa est, cui olim in margine adscripta erat. Tales loci, si
forte incertus haereas, animum addunt faciuntque nos audentiores ad reliqua.
Nisi hic liquido constaret de corruptela, nihil fortasse pronuntiare auderem de
loco qui in eodem dialogo legitur p. 538 B: *Ἐκαμήδη ἡ Νέσσορος παλλακή*
nunc fidenter eiici jubebo Hecamedes nomen, quod Ion ceterique omnes facile
cogitatione supplebant. Si quis remove mallet *ἡ Νέσσορος παλλακή* erraret;
nam nusquam legitur Hecamede Nestoris concubina fuisse. Hic autem memoriae
error cadit in Platonem, qui Homerum memoriter laudat; minus cadit in gram-
maticum, qui Codicis marginem adnotatiunculis suis opplebat. Similem errorem

Cicero aliquando erravit, ut Gellius refert in Noct. Att. XV, 6. Sed operae pretium est, exemplis ostendere qua ratione Plato Homerum laudare soleat. Legitur in Protagora p. 340 A: *δοκῶ οὖν μοι ἐγὼ παρακαλεῖν σε, ὡσπερ ἔφη Ὀμηρος τὸν Σκάμανδρον πολιορκούμενον ὑπὸ τοῦ Ἀχιλλεύου τὸν Σιμόνεντα παρακαλεῖν, [εἰπόντα*

*Φίλε κασίγνητε σθένος ἀνέρος ἀμρότεροί περ
σχῶμεν].*

Supervacanea haec esse nemo negat; ferri non posse dabit qui reputaverit nemini incognitam fuisse pugnam inter Achillem et Scamandrum, neque, si incognita fuisset, satis fore unum versiculum adscribere, neque lepide dicere Socratem, nisi exemplo utatur quod unusquisque statim intelligat. Conferendus est locus in Phaedone p. 89 C. Socrates ibi Phaedonem rogat ut evertat Simiae et Cebetis sententiam; tum Phaedo: *Ἀλλὰ πρὸς δύο οὐδ' Ἡρακλῆς*, nam quod additur *λέγεται οἷός τ' εἶναι*, me quidem iudice inepte additur, neque recte dicitur *οἷός τ' εἶμι* nisi adjuncto infinitivo. Respondet Socrates: *Ἀλλὰ καὶ ἐμὲ τὸν Ἰόλεον παρακάλει, ἕως ἔτι φῶς ἐξίν.* Cui Phaedo festive: *Παρακαλῶ τοίνυν*, inquit, *οὐχ ὡς Ἡρακλῆς ἀλλ' ὡς Ἰόλεως*, nam nuper recte e textu eiectum est quod me quoque adverterat τὸν Ἡρακλῆ. Nunc compone in Euthydemo p. 297 C: ibi Socrates lepidus ut semper et urbanus dicit se utrique fratri parem esse non posse, esse enim Hercule multo minorem, qui ne ipse quidem pugnam solus sustinuerit adversus hydram σοφίστριαν οὔσαν et cancerum. Haec sunt Platonis verba: *οὐχ οἷός τ' ἦν διαμάχεσθαι . . . καρκίνῳ τινὶ ἐτέρῳ σοφιστῇ [ἐκ θαλάττης ἀφριγμένῳ] νεωσί μοι δοκεῖν καταπεπλευκῶτι.* Qui meminuit utrumque Sophistam Chio oriundum esse, aculeum intelligit, sed contendo facetum locum pessumdari addito *ἐκ θαλάττης ἀφριγμένῳ*, quod de cancro fortasse dici potest, non vero de eo qui *διαπόντιος ἦκει* et *νεωσί καταπέπλευκε*. Sed animadvertenda sequentia quoque sunt: *ὅς ἐπειδὴ αὐτὸν ἐλύπει οὕτως ἐκ τοῦ ἐπ' ἀριστερά* (ne hoc quidem sine causa additum, cf. dialogi initium) *λέγων καὶ δάκνων, [τὸν Ἰόλεον] τὸν ἀδελφιδοῦν ἐπεκυλέσατο, ὁ δ' αὐτῷ ἰκανῶς ἐβοήθησεν.* Qui in Phaedone interpolationem agnovit, hic quoque mecum expunget τὸν Ἰόλεον. Pergit Socrates: *ὁ δ' ἐμὸς Ἰόλεως [Πατροκλῆς] εἰ ἔλθοι, πλεόν ἂν θάτερον ποιήσειεν.* Patroclis nomen sciolo deberi, plurimi jam intellexerunt, Heindorfius, Schleiermacherus, Hermannus, Schanzius: equidem verbum non addam. Sed ut intelligas quomodo Plato Homerum laudare soleat, vide in Cratylo p. 407 D: *ἐκ μὲν οὖν τῶν θεῶν πρὸς θεῶν ἀπαλλαγῶμεν ὡς ἐγὼ δέδοικα περὶ αὐτῶν διαλέγεσθαι. Περὶ δ' ἄλλων εἴ τινων βούλει, πρόβαλλε μοι ὄφρα ἴδῃαι οἷοι Εὐθύφρονος ἵπποι.* Et nobis quoque haec satis sunt; qui nondum statim

agnoscit quo talia pertineant, ei suaserim ut Platonem nondum attingat. Inspiciamus nunc in Hippiā Minore p. 365 A: haec sunt Sophistae verba: ἤνίκα πρὸς ἀλλήλους ποιεῖ αὐτοὺς διαλεγομένους, λέγει αὐτῷ ὁ Ἀχιλλεὺς πρὸς τὸν Ὀδυσσεύα

Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ,
 χρῆ μὲν δὴ τὸν μῦθον ἀπηλεγέως ἀποειπεῖν,
 ὡσπερ δὴ κτανέω τε καὶ ὡς τελέεσθαι οἶω.
 ἐχθρὸς γάρ μοι κείνος ὁμῶς Ἀίδαο πύλησιν
 ὃς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἶπη·
 αὐτὰρ ἐγὼν ἐρέω, ὡς καὶ τετελεσμένον ἔξαι.

Si ipsum Homerum contuleris, videbis tertium versum apud eum aliter legi postque eum a Sophista unum versum omissum esse. Sic enim apud eum editur:

ἦπερ δὴ φρονέω τε καὶ ὡς τετελεσμένον ἔξαι,
 ὡς μὴ μοι τρῴζητε παρήμενοι ἄλλοθεν ἄλλος.

Quid autem Codices Platonis? Omnes habent id quod dixi, praeter duos qui vulgatum Homeri textum repraesentant atque versum agnoscunt, quem ceteri libri omittunt. Satis manifesto apparet librarios horum Codicum ex Homero Platonis textum interpolasse? nam ipse Sophista omittere maluit quod nihil prorsus faceret ad propositum. Sed animadvertenda quoque sunt sequentia Hippiāe verba: ἐν τούτοις δηλοῖ τοῖς ἔπεισι τὸν τρόπον ἐκατέρου τοῦ ἀνδρὸς, ὡς ὁ μὲν Ἀχιλλεὺς εἶη ἀληθὴς τε καὶ ἀπλοῦς, ὁ δ' Ὀδυσσεὺς πολύτροπός τε καὶ ψευδής. Satis facilia haec sunt: fuit tamen qui ineptissime adderet: ποιεῖ γὰρ τὸν Ἀχιλλεὺς εἰς τὸν Ὀδυσσεύα λέγοντα ταῦτα τὰ ἔπη. Haec ad hunc usque diem sine suspitione textui interposita leguntur; ne hoc quidem observatum fuit quam soloece dicatur λέγειν Εἰς τινα. Verum Sophista scripsit Hippiā minorem; ut igitur ostendam ipsum Platonem Homerum memoriter laudare, inspicere Rep. III, p. 405 E. Hecamede ibi dicitur potum porrexisse *Eurygrylo*; apud Homerum tamen porrigit *Machaoni*. Noli autem hoc tribuere peculiari cuidam Homericorum carminum recensione, quam Plato usurpaverit, nam eo loco quem supra ex Ione excitavimus, philosophus sequitur vulgatam famam et Machaon ab Hecamede potum accipit. Interpolatum esse Rep. III, p. 389 E jam sensit Hermannus; non sensit eadem pagina, laudato versiculo:

ἄσβεστος δ' ἄρ' ἐνώρητο γέλως μακάρεσσι θεοῖσι,

perperam adhaerere, qui nihil faciat ad rem:

ὡς ἴδον Ἥφαιστον διὰ δώματα ποιπνύοντα.

Nunc videamus in Apologia p. 28 B: ὦ παῖ εἰ τιμωρήσεις Πατρόκλω τῷ εἰταίρω τὸν φόνον καὶ Ἑκτορα ἀποκτενεῖς, αὐτὸς ἀποθανεῖ· αὐτίκα γάρ τοι φησι μεθ' Ἑκτορα πότμος ἐτοιμός. Primum displicet additum Patrocli nomen et libenter expunxerim eadem opera castigans Symp. p. 179 E: βοηθήσας τῷ ἐραστῇ [Πατρόκλω]. Sed leve hoc est prae inepto αὐτὸς ἀποθανεῖ. Dicit et intelligi potest: si Hectorem aggressus eris, non interficies eum, sed ipse prius occides; dici vero non potest: in certamine singulari cum Hectore hunc interficies, sed ipse occides. Scripsit Plato αὐτίκ' ἀποθανεῖ supervenit deinde alius qui ex Homero versiculum addidit, nam sic solet Plato haud raro Homerum facere ἀττικίζοντα. Omisit autem Plato Patrocli nomen, sicuti p. 41 B Agamemnonem indicat, non nominat. Sed redeo in viam.

§ 43.

Venio nunc ad emendationem nonnullorum versuum, qui mihi corrupti esse videntur. Primo libro statim offendor vs. 291:

εἰ δέ μιν ἀχμητὴν ἔθεσαν θεοὶ αἰὲν ἔόντες,
τοῦνεκά οἱ προθέουσιν ὄνειδα μυθήσασθαι;

Ut reperirem quid lateret sub absurda forma προθέουσιν, primum scripsi κατὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν ΠΡΟΘΕΟΣΙΝ. Deinde contuli locos quos infra apponam:

- A 150. πῶς τίς τοι πρόφρων ἔπειν πείθεται Ἀχαιῶν;
A 404. ὦ μοι ἐγώ, τί πάθω; μέγα μὲν κακόν, αἶ κε φέβωμαι.
Σ 188. πῶς τ' ἄρ' ἴω μετὰ μῶλον; ἔχουσι δὲ τεύχε' ἐκείνοι.
γ 22. Μέντορ, πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ' προσπτύξομαι αὐτόν;
ε 299. ὦ μοι ἐγὼ δειλός! τί νύ μοι μήκις γένηται;
ο 509. πῆ γὰρ ἐγὼ φίλε τέκνον ἴω; τεῦ δῶμαθ' ἴκωμαι
ἀνδρῶν, οἳ κραναὴν Ἰθάκην κατὰ κοιρανέουσιν;
ἢ ἰθὺς σῆς μητρὸς ἴω καὶ σοῖο δόμοιο;

Ex his exemplis satis apparet eum conjunctivum esse deliberantis et rogantis alium quid censeat. Πῶς τίς τοι πρόφρων πείθεται h. e. οὐδείς πρόφρων πείσεται, εἰ μὴ σύ τι ἄλλο λέγεις. Eodem modo scripserim:

τοῦνεκά οἱ προθέουσιν ὄνειδα μυθήσασθαι;

h. e. οὐδαμῶς προὔθεσαν αὐτῷ, quod apprime convenit. Mutatio, uti vides non exigua est, sed prorsus nulla. Admonet me Herwerdenus Freytagium Homerum

eodem modo correxisse, nec tamen delevi quae scripseram, quum viderem nec Frankium nec Dindorfium nec Larochem ea emendatione uti voluisse.

Levis fortasse suspicio videbitur, quam proferam de *A* 349, ubi de Achille legimus:

δακρύσας ἑταρων ἄφαρ ἔζετο νόσφι λιασθεῖς.

Nusquam memini me apud Homerum *ἄφαρ* hoc modo positum invenire. Quae significatio convenit *α* 310 *οἶον ἀναΐξας ἄφαρ οἴχεται*, *ζ* 49 *ἄφαρ δ' ἀπεθαύμασ' ὄνειρον*, *ι* 328 *ἄφαρ δὲ λαβῶν ἐπυράκτεον*, ea huc neutiquam quadrat. Cogitavi de *ἐτάρων ἄτερ*. In vicinia legitur vs. 498:

εὔρεν δ' εὐρύοπα Κρονίδην ἄτερ ἡμενον ἄλλων.

Omnino fieri non potest ut vera lectio servata sit *Γ* 173:

*ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἀδεῖν κακός, ὁππότε δεῦρο
νίει σὺ ἐπόμην.*

Nam ut taceam neglectum digamma, quod tamen mirum accidit in hoc verbo *ἀνδάνειν*, non videtur Homericè dici *θάνατός μοι ἀνδάνει*. Exspecto certe qui me doceat, ubi ejusmodi locutio in alterutro carmine inveniatur: equidem, fateor, cum cura quaesivi, sed frustra fui. Simplicissimum fuerit legere:

ὡς ὄφελεν θάνατός με λαβεῖν.

Norunt omnes: *ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος καὶ Μοῖρα κραταιή.*

Verum non est quod legitur *K* 136:

βῆ δ' ἰέναι κατὰ νῆας Ἀχαιῶν χαλκοχιτώνων,

nam sermo est de Agamemnone et Nestore. Itaque legendum est *βὰν δ' ἰέναι* sicuti recte scribitur vs. 150: *βὰν δ' ἐπὶ Τυδείδην Διομήδεα.*

Quia in Codicibus Graecis iidem errores identidem recurrunt, optimum est ad emendandum praesidium, si plurimos locos in promptu habeas sive virorum doctorum ingenio sive meliorum librorum ope emendatos. Nimirum ad medicinam facitandam multum iuvat cognovisse remedia, quibus olim periti artifices in eodem

similive morbo usi sint. Huius rei nunc unum exemplum afferre lubet. Verba sunt in τ 83:

τῷ νῦν μήποτε καὶ σὺ γύναι ἀπὸ πᾶσαν ὀλέσσης
ἀγλαίην, τῇ νῦν γε μετὰ δμῶῃσι κέκασσαι,
ἦνπὼς τοι δέσποινα κοτεσσαμένη χαλεπήνη,
ἢ Ὀδυσσεὺς ἔλθῃ.

Sic lectum fuisse videtur in Aristarchi recensione ἦνπὼς, olim enim μήπως edebatur, quod conficitur ex Scholiastae verbis: ἦνπὼς ἢ γραφή, τὰ δὲ εἰκαιότερα μήπως.

Quum istius loci memor essem, non magno mihi constitit emendatio verborum Minervae quae leguntur K 511:

Νόξου δὴ μνήσαι μεγαθύμου Τυδέος υἱὲ
νῆας ἐπὶ γλαφυράς, μὴ καὶ πεφοβημένος ἔλθῃς
μὴ πού τις καὶ Τρῶας ἐγείρῃσιν θεὸς ἄλλος.

Vera enim scriptura est ἦν πού τις.

Nimis est ridiculum quod Agamemnonem fecisse legimus A 15. Eris ab Jove in agrum Trojanum demissa fuit, ut inclamaret ἀμφοτέρωσε

ἦμὲν ἐπ' Αἴαντος κλισίας Τελαμωνιάδαο
ἦδ' ἐπ' Ἀχιλλῆος.

Audiunt omnes deam terribili voce vociferantem, Ἀχαιοῖσιν δὲ μέγα σθένος ἔμβαλ' ἐκάσῳ. Ut fuerit Agamemnon βοὴν ἀγαθὸς, stultum tamen erat cum immortalī dea clamando certare velle. Legimus tamen ad hunc usque diem:

τοῖσι δ' ἄφαρ πόλεμος γλυκίων γένετ' ἢ ἔνεσθαι
ἐν νηυσὶ γλαφυρῆσι φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
Ἀτρεΐδης δ' ἐβόησεν ἰδὲ ζώννυσθαι ἄνωγεν
Ἀργείους.

Nunc quidem nihil attinebat vociferari, sed, postquam animadvertit imperator omnium animos pugnandi cupiditate accensos esse, satis erat imperare ut omnes arma induerent. Homerus idem Graece sic dixisse videtur:

Ἀτρεΐδης δ' ἐνόησεν ἰδὲ ζώννυσθαι ἄνωγεν
Ἀργείους.

Verbum νοῆσαι hoc modo saepius positum invenio, v. c.:

E 669. Τληπόλεμον δ' ἐτέρωθεν εὐζνήμιδες Ἀχαιοὶ
ἔξέφερον πολέμοιο· νόησε δὲ δῖος Ὀδυσσεύς.

I 223. νεῦσ' Αἴας Φοῖνικι νόησε δὲ δῖος Ὀδυσσεύς.

P 483. Ἀυτομέδων δ' ἀπόρουσε νόησε δὲ φαιδίμος Ἐκτωρ.

π 164. ἦ δ' ἄρ' ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε νόησε δὲ δῖος Ὀδυσσεύς.

Adde *χ* 162 et alios fortasse locos. In sequentibus parvulum vitium latere videtur in descriptione clypei quem Agamemnon gestabat, vs. 24:

τοῦ δ' ἦτοι δέκα οἴμοι ἔσαν μέλανος κύναιο,
δῶδεκα δὲ χρυσοῖο καὶ εἴκοσι κασσιτέριοι.

Si quidem striae illae secundum artem dispositae fuerunt, esse non potuerunt numero duarum et quadraginta, sed unius tantum et quadraginta. Κύναιο striae fuerunt decem, nempe tertia, 7^{ma}, 11^{ma} atque sic deinceps. Auri non duodecim sed undecim tantum, nempe reliquae striae impari numero omnes. Κασσιτέριοι denique fuerunt viginti, quarum par numerus. Sit κύναιος *A*, χρυσοῦς *B*, κασσιτέριος *Γ* et apparet striae sic sese excepisse:

BΓAΓBΓAΓBΓAΓBΓAΓBΓAΓBΓAΓBΓAΓBΓAΓBΓAΓBΓAΓBΓAΓB.

Itaque elegantius erit:

ἔνδεκα δὲ χρυσοῖο καὶ εἴκοσι κασσιτέριοι.

Vid. praeterea Gerlach. in Philol. XXX p. 495 et Lepsium in Actis Acad. Bero-
linensis 1872 p. 131, cui κύναιος sapphirus est sive lapis lazuli.

Undecimo Iliadis libro Nestor narrat, quomodo olim bellum gesserit adversus Epeos. Erant

τεσσάρης ἀθλοφόροι ἵπποι αὐτοῖσιν ὄχεσφιν,

quos Augias abegerat et repetitos reddere noluerat, vs. 701:

τοὺς δ' αὖθι ἀναξ ἀνδρῶν Αὐγείας
κάσχεθε, τὸν δ' ἐλατῆρ' ἀφίει ἀκαχήμενον ἵππων.

Fueruntne equi quatuor, unus auriga? Dixeris tamen satis constare apud omnes, non quadrigis heroas uti sed bigis tantum. Nunc quoque corruptela orta videtur ex vetustissima scriptura male intellecta. Scriptum erat:

ΤΟΔΕΛΑΤΕΡΑΦΙΕΙΑΚΑΧΕΜΕΝΟΙΠΠΙΟΝ.

Οἱ μεταχαρακτηρίζοντες crediderunt unum aurigam *ΕΛΑΤΕΡΑ* memorari et rescripserunt quod ad hunc usque diem legitur. Fuerat autem expediendum sic:

κάσχεθε, τὸν δ' ἐλατῆρ' ἀφίει ἀκαχήμενον ἵππων.

Sic facili opera ex quadrigis bigae fient. Nihil huc facere existimo *ν* 81. Ceterum vide Aug. Mommsen. in *Philolog.* VIII, 721 et compone consimilem Zenodoti errorem *Α* 104. Quod ad rem ipsam, cf. Gladstonii *Disq. Hom.* p. 62 Ed. Germ.

Nemo sine offensione legere poterit *Ο* 18:

*ἦ οὐ μέμνη ὅτε τ' ἐκρέμω ὑπόθεν, ἐκ δὲ ποδοῖιν
ἄκμονας ἦκα δύω, περὶ χερσὶ δὲ δεσμὸν ἦλα
jk χρούσειον ἄρρηκτον; σὺ δ' ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσιν
ἐκρέμω ἠλάσειον δὲ θεοὶ κατὰ μακρὸν Ὀλυμπον.*

Scilicet illud *ἐκρέμω* quod bis invenitur, neutro loco ferri posse videtur. Secundae personae in *Ω* Homero non sunt prorsus incognitae; memini me legere apud eum praeter *ἐκρέμω*, *εἰίσω*, *ἐπεφράσω* et *ἐκτῆσω*. Sunt autem illae formae primi aoristi, sed *ἐκρεμάμην* non videtur habere posse aliam secundae personae formam quam *ἐκρέμασο*. Sic *παρίζασαι*, *δύνασαι*, alia, sine *Σ* apud Homerum utique non scribuntur. Praeterea priore loco juxta *ἦκα* et *ἦλα* non neutrum verbum requiritur sed activum, non *perpendisti* sed *perpendi*, non *ἐκρέμασο* sed *ἐκρέμασα*. Legerim utroque loco *ἐκρέμασ'*, alterum pro *ἐκρέμασα*, alterum pro *ἐκρέμασο* positum. Postquam emendatum erit *ἦ οὐ μέμνη ὅτε σ' ἐκρέμασ' ὑπόθεν*, post activum verbum recte sequetur addito personali pronomine *σὺ δ' ἐν αἰθέρι* — *ἐκρέμασο*. Uti nunc locus legitur, languet pronomen *σὺ* male additum.

Quid mihi displiceat *Π* 691, nonnullorum locorum comparatio planum faciet. Crebro legitur *θυμὸς ἀνῆκε*, v. c. *H* 152 *ἀλλ' ἐμὲ θυμὸς ἀνῆκε πολυτλήμων πολεμίζειν*, *K* 389, *Z* 256 *σὲ δ' ἐνθάδε θυμὸς ἀνῆκεν*, *H* 25, *M* 307 *Σαρπηδόνα θυμὸς ἀνῆκε*, *Φ* 395, *X.* 252. Eodem modo *E* 761 *ἄφρονα τοῦτον ἀνέντες*, *E* 405, *E* 882 *Διομήδεα μαργαίνειν ἀνέηκε*. Sic *Ἀπόλλων ἀνῆκε* *Υ* 118 et *Φ* 545, *Ποσειδῶν Ξ* 362, *μήνις Φ* 523, *μοῦσα Θ* 73, cet. Contra dicitur *θυμὸν, μένος, φόβον ἐνιέναι*, v. c.

Π 656. *Ἐκτορι δὲ πρωτίστῳ ἀνάγκιδα θυμὸν ἐνέντες.*
P 569. *καὶ οἱ μυίης θάρσος ἐνὶ στήθεσσι ἐνῆκεν.*
T 37. *ὡς ἄρα φωνήσασα μένος πολυθαρσῆς ἐνῆκεν.*
Υ 80. *ἐνῆκε δὲ οἱ μένος ἦϋ.*
Ψ 177. *ἐν δὲ πυρὸς μένος ἦκε σιδήρεον, ὄφρα νέμοιτο.*
Ψ 399. *ἐν γὰρ Ἀθήνη
ἵπποις ἦκε μένος.*

O 326. ἐν γὰρ Ἀπόλλων
ἦκε φόβον.

Nunc conferat quis:

II 691. ὅς οἱ καὶ τότε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι ἀνῆκεν

et videbit veram scripturam esse ἐνῆκεν.

Vidimus supra confusa fuisse aliquoties *πολεμίζειν* et *πολεμίξειν*. Pariter similitudo literarum *Z* et *Ξ* fecit ut jam Aristarchi aetate subinde quaereretur de verbo *ἐξεναρίζειν*, essetne praesenti tempore an futuro opus, cf. Schol. *E* 703, 842, 844. Labet nunc addere verbum *συφελίζειν*. Editur II 774:

ὥς Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες
δήουν οὐδ' ἕτεροι μνῶντ' ὄλοοιο φόβοιο.
πολλὰ δε Κεβριόνην ἀμφ' ὄξεια δοῦρ' ἐπεπήγει,
ιοὶ τε πτερόεντες ἀπὸ νευρήφι θορόντες
πολλὰ δὲ χερμάδια μεγάλ' ἀσπίδας ἐσυφέλιξεν.

Asinus fuit qui in Codice Veneto adscripsit Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ἀσυφέλιξεν. Nempe Aristarchus de more maluit pluralem numerum ἐσυφέλιξαν, cum legeretur in Codicibus quos adhiberet ἐσυφέλιξεν. Ego quoque pluralem numerum praetulerim, nam cum ubique laudato loco imperfecta tempora usurpata videam, conicio olim fuisse scriptum ἐσυφέλιζον.

Minutum est quod corrigam *T* 22:

μητέρα ἐμή, τὰ μὲν ὄπλα θεὸς πόρην οἷ' ἐπιεικὲς
ἔργ' ἔμεν ἀθανάτων, μηδὲ βροτὸν ἄνδρα τελέσσαι.

Vera lectio est ἀνδρὶ, quod ostendet *Σ* 362:

καὶ μὲν δὴ πού τις μέλλει βροτὸς ἀνδρὶ τελέσσαι.

Miror *Φ* 123:

ἐνταυθοὶ νῦν κείσο μετ' ἰχθύσιν, οἷ' σ' ὠτειλήν·
αἷμ' ἀπολιχμήσονται.

Novi usum accusativi duplicis, ut II 664:

κελαινεφὲς αἶμα κάθηρον
ἐλθὼν ἐκ βελέων Σαρπηδόνα,

et alibi saepe, de quo usu multi dixerunt et omnium postremus Cobetus in Mnemosynes Vol. XII, p. 19, sed hic non duos accusativos habemus, verum tres adeo. Videtur ea res jam olim offensionem nonnullis fuisse: adnotatum enim est in Veneto Codice: *οὕτως διὰ τοῦ ν ὠτειλήν ἀπασαι*. Olim enim fuerunt qui scriberent *ὠτειλῆς* et ita scribitur in Schol. ad ξ 179, ubi noster locus laudatur. Equidem sic scripserim:

*οἷ σ' ὠτειλήν
αἰψ' ἀπολιχμήσονται.*

Eodem modo illud *αἰψα* versus initio positum invenio in vicinia, vs. 347:

*ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς Βορέης νεοαρδέ' ἀλώην
αἰψ' ἀνξηράνη, κτέ.*

An veram lectionem Virgilius expressit, cum verteret: piscesque *impasti* volnera lambent? Locus est in Aeneid. X 560. Cf. H. Rumpf. Fleckeisen. Annal. XCIII, p. 138.

Non mihi persuadeo veram lectionem esse Ω 206:

*εἰ γάρ σ' αἰρήσει καὶ ἐσόψεται ὀφθαλμοῖσιν
ὠμηζῆς καὶ ἄπισος ἀνήρ ὃ γε, οὐ σ' ἐλέσει
οὐδέ τί σ' αἰδέσεται.*

Non enim intelligo quomodo conjungi possint *αἰρεῖν* et *ἐσοῶν* et prorsus otiosum est post *αἰρήσει* addere *ἐσόψεται ὀφθαλμοῖσιν*. Sicuti autem synonyma conjunguntur *ὠμηζῆς* et *ἄπισος*, *ἐλεῖν* et *αἰδεῖσθαι*, sic quoque cum *ἐσόψεται* conjunxerim verbum cognatae significationis, v. c.:

εἰ γάρ σ' ἀθρήσει καὶ ἐσόψεται ὀφθαλμοῖσιν.

§ 44.

Rogavit Mentis Telemachus quo patre uteretur; in iis quae Telemachus respondet, solemne vitium nondum deprehensum est. *Μήτηρ*, inquit,

*μήτηρ μὲν τέ μέ φησι τοῦ ἔμμεναι, αὐτὰρ ἔγωγε
οὐκ οἶδ'· οὐ γάρ πώ τις ἐὼν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.*

Utinam patrem beatum haberem, nunc autem, α 220:

*νῦν δ' ὃς ἀποτιμώτατος γένετο Θνητῶν ἀνθρώπων,
τοῦ μ' ἔκ φασι γενέσθαι, ἐπεὶ σύ με τοῦτ' ἐρρεῖνεις*

Non *dicunt* homines, opinor, sed *dicit* Penelope: itaque legam *φησι*.

Quaeri potest rectene sese habeat scriptura *α* 350:

τούτῳ δ' οὐ νέμεσις Δαναῶν κακὸν οἶτον αἰεΐειν.

Bene legitur *β* 136: *νέμεσις δέ μοι ἐξ ἀνθρώπων ἔσσεται* aliaque sunt eius generis haud pauca, sed infinitivis accusativus addi debet. *Οὐ νέμεσις Τρῳάς καὶ εὐκνήμιδας Ἀχαιοῦς* qui notissimus locus est et *γ* 24:

αἰδῶς δ' αὖ νέον ἄνδρα γεραίτερον ἐξερέσθαι.

Itaque malim *τούτον δ' οὐ νέμεσις.*

Vitium est facili opera tollendum in *Odysseae α* 313:

*δῶρον ἔχων ἐπὶ νῆα κίης χαίρων ἐνὶ θυμῷ
τιμῆεν, μάλα καλόν, ὃ τοι κειμήλιον ἔσαι
ἐξ ἐμεῦ, οἷά φίλοι ξεῖνοι ξείνοισι διδοῦσι.*

Quid verum sit ostendit v. c. *α* 158 *ξεῖνε φίλε* et alii multi loci. Quos hospitio excipimus *φίλους ξείνους* vocamus, non nosmet ipsos. Itaque necesse est legas *φίλοις*.

Duo vocabula perperam coaluerunt in unum *α* 392:

*οὐ μὲν γάρ τι κακὸν βασιλευμένῳ αἰψά τέ οἱ δῶ
ἀφνειὸν πέλεται καὶ τιμηξερὸς αὐτός.*

Κατὰ σύνεσιν hoc dictum est, quia non *rex* memoratur, sed *τὸ βασιλευμένῳ*. Sed malim tamen *βασιλῆ' ἔμεν'* olim erat *ΒΑΣΙΛΕΕΜΕΝ*: hinc natum vitium.

Nitida compositio violari videtur *β* 184:

*οὐκ ἂν τόσσα θεοπροπέων ἀγόρευες,
οὐδέ κε Τηλέμαχον κεχολωμένον ᾧδ' ἀνιείης.*

Eadem de causa propter quam *ἀνιείης* optativus est, requiro quoque optativum *ἀγορεύεις*.

Constat de vitio in verbis quae leguntur *γ* 60. Coram Nestore Minerva ita precatur Neptunum:

*δὸς δ' ἔτι Τηλέμαχον καὶ ἐμὲ πρήξαντα νέεσθαι
οὐνεκα δεῦρ' ἐκόμισθα θοῇ σὺν νηὶ μελαίνῃ.*

Etiamsi ea verba offendere non potuerint eos qui aderant, nam Minerva latebat

sub Mentoris persona, tamen deam minime decet precantem quidquam mentiri, ne patrum decipere velle videatur. Itaque participium masculini generis *πρήξαντα* interpretes referunt ad Telemachum, cuius res agerentur. Dubito num per grammatices leges hoc fieri possit, sed etiamsi possit, mirati fuissent omnes qui aderant nec Telemachi tantum res agebantur sed postea quoque, vs. 366, Mentor proficitur se mercatorem esse et ad pecuniam jam diu sibi debitam exigendam in Peloponnesum profectum esse. Itaque ne quid aegre ferat Neptunus et ut ipsa lateat sub Mentoris persona, Minerva uti debet participio quod et ad Telemachum referri possit et ad se ipsam. Haec si quis probaverit, vix jam opus est dicere unice convenire dualem numerum *πρήξαντε*, quem nunc etiam Nauckio placuisse video. Narrantur quidem esse apud Homerum loci, ubi singularis pro plurali inveniatur, sed eorum locorum ratio toto coelo diversa est, quod consulentibus apparebit. Ecce duo exempla:

Ξ 211. τὸ βήτην Λήμνου τε καὶ Ἴμβρου ἄστ' λιπόντε.
 ι 50. ἐπιζάμενοι μὲν ἀφ' ἵππων
 ἀνδράσι μάχασθαι καὶ ὄθι χρῆ πεζὸν εἶναι.

Admodum minutum est quod corrigam γ 103:

ὦ φίλ' ἐπεὶ μ' ἔμνησας οἰζύος ἦν ἐν ἐκείνῳ
 δήμῳ ἀνέτλημεν.

Sicuti supra legitur de more δήμῳ ἐνι Τρώων, sic nunc quoque malim ἐν ἐκείνων δήμῳ.

Complures apud Homerum locos observasse mihi videor, ubi nunc vocativus legitur, quum olim nominativum usurpavisset poeta. Est v. c. versus γ 230:

Τηλέμαχε ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἔρκος οὐδόντων;

ubi metrum arguit veram lectionem esse Τηλέμαχος. Itidem θ 408:

χαῖρε πάτερ ὦ ξεῖνε! ἔπος δ' εἶπερ τι βέβηκται.,

malim πατήρ ὦ ξεῖνε. In Iliade est Ξ 357:

πρόφρων νῦν Δαναοῖσι Ποσειδάων ἐπάμυνε,

ubi praestat Ποσειδάων. Pariter Σ 424:

τίπτε, Θέτι τανύπεπλε, ἰκάνεις ἡμέτερον δῶ;

non una de causa rescribam *Θέτις τανύπεπλος*, uti et Ω 88 malim Ὅρσο, *Θέτις, καλέει Ζεύς*, non *Θέτι*. Denique Φ 474:

νηπύτιε, τί νυ τόξον ἔχεις ἀνεμόλιον αὐτός;

malim *νηπύτιος*. Sunt alii fortasse loci ejusdemmodi, v. c. Β 8 οὐλε Ὅνειρε quod Οὐλος scripserim, collato Δ 189 φίλος ὦ Μενέλαε, Δ 338 ὦ νύε Πετεῶο, al. Γ 172. Adde Larochium de Hom. Text. p. 395 et Cobet. Mnem. XIV, p. 273.

Duplex vitium se mihi obtulit δ 775:

*δαιμόνιοι μύθους μιν ὑπερφιάλους ἀλέασθε
πάντας ὁμῶς, μή πού τις ἐπαγγείλησι καὶ εἶσω.*

Praefero πάντες ὁμῶς μή πού τις ἀπαγγείλησι καὶ εἶσω. Utraque mutatio textus se ipsam uti spero commendabit. Ἐπαγγέλλειν hoc solo loco apud Homerum legebatur, ἀπαγγέλλειν saepius legitur, quod verbum nunc Nauckium quoque reponere video.

Non fero molestum hiatum ι 366:

Οὔτις ἔμοιγ' ὄνομα· Οὔτιν δέ με κικλήσκουσιν.

Operae pretium est conferre ω 306:

αὐτὰρ ἔμοιγ' ὄνομ' ἐσὶν Ἐπήριτος.

Hinc malim nostro quoque loco cum libris quibusdam ὄνομ' ἔσ'· Οὔτιν δέ με κ.

Quod legitur ι 414:

*ἔμδν δ' ἐγέλασσε φίλον κῆρ
ὡς ὄνομ' ἐξαπάτησεν ἔμδν καὶ μῆτις ἀμυμων.*

requiro ὡς F' ὄνομ' ἐξαπ., ne verbum objecto careat. Eiusdem generis corruptela est λ 102:

*οὐ γὰρ οἶω
λήσειν ἐννοσίγαιον ὃ τοι κότον ἐνθετο θυμῶ.*

Memoratur a Scholiasta varia lectio *λήσειν*. Quaesitum fuit, quid sub corruptela lateret: scilicet nihil aliud quam:

*οὐ γὰρ οἶω
λήσειν Σ' ἐννοσίγαιον.*

Cf. Cobet. Mnem. XIII p. 203.

Semel in Odyssea periit vetustum verbum ἀμέρδεν quod *privare* significat et imprimis de oculis dicitur qui praestringuntur. Sic N 340 habemus ὅσσε δ' ἄμερδεν ἀνγὴ χαλκείη, quem locum Hesiodus imitatur in Theogonia vs. 698. Telemachi verba sunt τ 18 de armis paternis:

καλά, τὰ μοι κατὰ οἶκον ἀκηδέα κεινὸς ἀμέρδει.

Passivum est X 58 αὐτὸς δὲ φίλης αἰῶνος ἀμεροθῆς. Nota quoque O 64 ὀφθαλμῶν μὲν ἀμερσε, δίδου δ' ἠδείαν ἀοιδῆν. Sunt autem Polyphemi verba ι 512:

ὅς μοι ἔφη τάδε πάντα τελευτήσεσθαι ὀπίσσω
χειρῶν ἐξ Ὀδυσῆος ἀμαρτήσεσθαι ὀπωπῆς.

Consentient omnes opinor ἀμαρτήσεσθαι neutrum verbum non convenire et vocabulum desiderari quod *ξηρηθήσεσθαι* significet. Commode adest ἀμεροθήσεσθαι, h. e. *privatum iri*. Quia ἀμεροθῆς uti vidimus in Iliade legitur, de forma vocis non est quod dubitemus. Nauckius incidit in eandem suspicionem, quam ante multos annos jam commendaram, Mnem. IV, 212.

Ex Homericis observationibus quas olim adulescens inserui quarto Mnemosynae volumini lubet nunc repetere ea quae dixi de discrimine quod obtinet inter ἀχλὺς et ἀήρ. Multis exemplis tunc ostendi ἀχλὺν impedire quominus *conspicias*, ἀέρα quominus *conspiciaris*. Τὸν δ' ἔλιπε ψυχὴ, κατὰ δ' ὀφθαλμῶν κέχυτ' ἀχλὺς et similia saepe leguntur. Contra ἀήρ impedit quominus Ajax videat quem mittat ad Achillem de morte Patrocli. Ἀχλὺς oculorum vitium est et mentis, ἀήρ apud Homerum, ut Scholiastae verbis utar, τὸ σκοτεινὸν κατάστημα est. Ἀχλὺς mortuos et caecos perpetuo premit, tenebris obortis ἀήρ unumquemque moratur. Vocabulum νύξ utramque significationem conjungit. Ἀχλὺς intellegitur ubi legimus X 466:

τὴν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νύξ ἐκάλυπεν.

Ἀήρ autem est, quam νύκτα appellat ψ 372:

τοὺς δ' ἄρ' Ἀθήνη
νυκτὶ κατακρύψασα θοῶς ἐξῆγε πόλῆος.

Alia quae huc pertinent, olim explicavi, sed minime supervacaneum videtur iterum dicere de duobus Odysseae locis, quorum vera lectio post Aristarchum in oblivionem abiit, cum superesset in editionibus Zenodoti et Aristophan-

nis Byzantii. Prior legitur septimo libro. Vs. 15 Ulysses ingreditur Phaeacum urbem:

αὐτὰρ Ἀθήνη
πολλὴν ἠέρα χεῦε, φίλα φρονέουσ' Ὀδυσῆϊ,
μή τις Φαιήκων μεγαθύμων ἀντιβολήσας
κερτομέοι τ' ἐπέσσι καὶ ἔξερέοιθ' ὅτις εἴη.

Tum pergit poeta narrare quomodo duce Minerva Ulysses urbem intraverit, vs. 39:

τὸν δ' ἄρα Φαίηκες ναυσικλυτοὶ οὐκ ἐνόησαν
ἐρχόμενον κατὰ ἄστρ' διὰ σφέας· οὐ γὰρ Ἀθήνη
εἶα εὐπλοκαμος, δεινὴ θεός· ἢ ῥά οἱ ἀχλὺν
θεσπεσίην κατέχευε.

Intrata autem regia domo, vs. 142:

ἀμφὶ δ' ἄρ' Ἀρήτης βάλε γούνασι χεῖρας Ὀδυσσεύς
καὶ τότε δὴ ῥ' αὐτοῖο πάλιν χύτο θέσφατος ἀήρ.

Itaque primo et tertio loco Minerva legitur Ulyssi circumdedisse *ἀέρα*, secundo *ἀχλὺν*. Est quoque scholium quod bis legitur ad vs. 14 et 140: *ὅτι τῷ Ὀδυσσεῖ περιέθηκε σκότος, οὐ τοῖς Φαίηξιν, ὡς ἐν τοῖς ἐξῆς Ζηνόδοτος*. Pertinet hoc ad secundum locum, vs. 41, ubi legimus: *Ζηνόδοτος ἢ σφισιν ἀχλὺν*. Atque ea Zenodoti lectio verissima est. Minerva caligine inducta curaverat ne Ulysses a quopiam Phaeacum conspiceretur estque ea *ἀήρ* qua illum involverat. Nec tamen minus bene *ἀχλὺς* dici potest premere oculos ipsorum Phaeacum, quippe quae faciebat ut regalem advenam non cernerent. Apparet Aristarchum hoc discrimen non agnovisse.

Alios locos silentio praetermittam, non praetermittam librum tertium decimum, in quo, quae notissima res est, Ulysses redux patriam non agnoscit. Minerva ei obviam fit eumque certiolem facit de reditu, tum vs. 352:

ὡς εἰποῦσα θεὰ στίδασ' ἠέρα· εἶσατο δὲ χθών.

Sed supra vs. 189 jam narrarat poeta quomodo factum esset ut rex patriam non agnosceret:

περὶ γὰρ θεὸς ἠέρα χεῦεν
Παλλὰς Ἀθηναίη, κόρη Δίος· ὄφρα μιν αὐτὸν
ἄγνωστον τεύξειεν ἕκαστά τε μυθήσαιο,
μή μιν πρὶν ἄλοχος γνοίη ἄσοί τε φίλοι τε
πρὶν πᾶσαν μνηστῆρας ὑπερβασίην ἀποτίσαι.
τοῦνεκ' ἄρ' ἀλλοειδέα φαινέσκειτο πάντα ἄνακτι.

Haec sensum non habent. Divina ope Ulysses non agnoscit patriam Ithacam et *ἄηρ* quae hoc efficit paucis versibus post, vs. 352, jam dissipatur et tamen impediēt quominus uxor et cognati eum cognoscant, cum postea demum, vs. 397, Minerva dicat:

ἄλλ' ἄγε σ' ἄγνωσον τεύξω πάντεσσι βροτοῖσιν,

et regem in miserum mendicum transformet. Opem feret Scholiasta: *Ἀριζοφάνης αὐτῷ γράφει καὶ τό μιν ἐπὶ τῆς Ἰθάκης τίθησιν*. Recte. Scriptum fuit olim ante Aristarchum:

περὶ γὰρ θεὸς ἦερα χεῦεν
Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διός· ὄφρα μιν αὐτῷ
ἄγνωσον τεύξειεν ἕκαστά τε μυθήσαιο.
τοῦνεκ' ἄρ' ἄλλοειδέα φαινέσκειτο πάντα ἀνακτι.

Corruptela fecit ut intercalarentur absurdi versus 192 et 193, quos supra ductis literis notavimus. Post me idem vidit Nauckius.

Olim jam indicavi quod nunc verbo repetam, displicere mihi Ulyssis verba ad Eumaeum ξ 476:

νύξ δ' ἄρ' ἐπῆλθε κακῆ, Βορέαο πεσόντος,
πηγυλὶς· αὐτὰρ ὑπερθε χιῶν γένητ' ἤντε πάχνη
ψυχρὴ καὶ σακίεσσι περιτρέφετο κρύζαλλος.

Non video quomodo satis venisse *nix* cum *pruina* comparari possit. Scribit Aristoteles *ὅταν παγῇ τὸ νέφος χιῶν ἐξιν, ὅταν δ' ἡ ἀτμίς πάχνη*, qui locus legitur *de Mundo* 4. *Pruinas ac nives* recte conjunxit Cicero in altera *Catilinaria* c. 23, non comparavit. Imitatur quidem Apollonius Rhodius nostrum locum β 738; nihil tamen inde sequitur nisi illud, corruptelam admodum esse antiquam. Cum quam re enim *nix* comparari potest et comparatur etiam, a nostratibus certe? Sicuti lanae color niveus dicitur, sic nivem cum *lana* conferre perpetuo solemus. *Πάχνη* et *Λάχνη* non nimis differunt. Sed ut *λάχνη* apprime conveniat, potestne eadem *ψυχρὴ* quoque dici, sicuti *χάλαζα* dicitur O 170 et *χιῶν* X 152? Non poterit sane. Verum commode memini ex Ruhnkenii Epistola ad Ernestum p. 215 aliquando permutata esse *ψυχρὸς* et *ψεδνός*. Collato B 219 *ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη* legam:

αὐτὰρ ὑπερθε χιῶν γένητ' ἤντε λάχνη
ψεδνή, κτέ.

Sed quod plurimum conferet ad fidem faciendam, Nauckius mecum in eandem suspicionem incidit.

Corruptum judico σ 91:

δὴ τότε μερμήριξε πολύτλας δῖος Ὀδυσσεύς
ἢ ἐλάσει, ὡς μιν ψυχὴ λίποι ἀνθι πεσόντα
ἢέ μιν ἢζ' ἐλάσειε τανύσσειν τ' ἐπὶ γαίῃ.

Non enim video quomodo inter se opponi possint ἐλαύνειν et ἦχα ἐλαύειν. Requiritur verbum quod significet σφόδρ' ἐλαύνειν, h. e. ῥαίειν. Invenio ψ 235:

ὦν τε Ποσειδάων εὐεργέα νῆ' ἐνὶ πόντῳ
ῥαίση ἐπειγομένην ἀνέμῳ καὶ κύματι πηγῶ.

Legitur ζ 326 ῥαιομένου, α 251 διαραίσουσι, α 404 ἀποραίσει, ε 221 εἰ δ' αὖ τις ῥαίῃσι θεῶν ἐνὶ οἴνοπι πόντῳ atque hinc malim:

ἢ ῥαίσει' ὡς μιν ψ.

Cf. Bekker. in Schedis. Hom. p. 157.

Non faciendum videtur cum Larochio sic scribente ψ 337. Narrat uxori Ulysses:

ὡς ἴκετ' Ὀγυγίην νῆσον νύμφην τε Καλυψώ,
ἢ δὴ μιν κατέρυκε λιλαιομένη πόσιν εἶναι
.....
ἀλλὰ τῷ οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν.

In plerisque bonis Codicibus τοῦ invenitur, sed Larochius τῷ retinuit, quod consuetudini poetae magis conveniret. De tertio casu assentior, de ipso pronomine nego. Confero:

- Ω 293. ὅςσε οἱ ἀντῶ-φιλιτατος οἰωνῶν καὶ εὐ κράτος ἐστὶ μέγιστον.
I 20. εἴμ' Ὀδυσσεύς Λαερτιάδης ὃς πᾶσι δόλοισι
ἀνθρώποισι μέλω καὶ μευ κλέος οὐρανὸν ἴκει.
A 79. ὃς μεγα πάντων-Ἀργείων κρατεῖ καὶ οἱ πείθονται Ἀχαιοί.
M 229. ὃς σάφα θυμῷ-εἰδείη τεράων καὶ οἱ πειθοιατο λαοί.

Adde Ξ 93. Quarti casus habemus nostro loco exemplum μιν et

M 300. ὅς' ἐπιδευῆς-δηρὸν ἔη κρειῶν κέλεται δέ ε θυμὸς ἀγήνωρ.

Itaque Homeri consuetudo non τῷ flagitat, sed

ἀλλὰ οἱ οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν.

Et sic Nauckium nunc correxisse video.

§ 45.

In octavo Iliadis libro, qui *Κόλος Μάχη* inscribitur, multa sunt, quae propter vitiosam et elumbem compositionem lectorem offendunt. Orta luce convocatur deorum concilium et Jupiter summa usus verborum asperitate vetat, ne quis immortalium deorum pugnae mortalium interesse velit. Celat autem consilium nec prodit, se hoc agere, ut Graeci ad incitas reducti Achilles opem implorent; itaque omnes incerti conticescunt. Tandem Minerva, quam Graecorum miseret, significat deos tamen Graecis consilio suo adesse velle. Jupiter hoc adeo non aegre fert, ut ultro fateatur, se filiolae bene cupere nec serio locutum fuisse. Satis mira est ea animi mansuetudo post terribiles minas, quibus Saturnius deos terruerat. Praeterea illud quoque mirum est, omnibus diis deabusque praesentibus, ita Minervam loqui, quasi omnes Graecis faveant et oderint Trojanos. Ipse autem nil ultra praefatus ex summa arce descendit in terram, ut de Gargaro pugnam adspiciat. Fit proelium atrox, donec Jupiter, ut apud Virgilium est, duas aequato examine lances sumsit et fata imposuit diversa duorum. Exin post meridiem inclinatur Graecorum acies. Fulminibus ex Ida territi undique fugiunt, sed restituit pugnam Diomedes, occiso Hectoris auriga. Hinc metuens, ne Graeci Trojanos usque ad urbem repellant, ipse summus Jupiter identidem tonans fulgurans vix Diomedem cogit convertere currum.

Sequitur breve colloquium Junonis et Neptuni. Frustra soror fratrem hortatur ut Graecis auxilio sit: non audet Neptunus *Διὶ Κρονίωνι μάχεσθαι*. Interim Graeci sensim complerant intervallum, quod inter murum et fossam erat, et Hector jam poterat sperare fore, ut naves incenderentur, sed Juno ipsa animum addit Agamemmoni eumque hortatur, ut pugnam renovet. Postquam rex sociis exprobravit ignaviam et Jovem precatus est ut perniciem a classe avertat, miseratus Graecorum calamitatem pater deorum mutat consilium eosque missa aquila fausto omine recreat. Exin Graeci extra fossam prorumpunt eduntque ingentem stragem, sed mutatis partibus Jupiter iterum adest Trojanis et Hector Graecos intra munitiones compellit.

Ancipitem pugnam de summa arce Juno et Minerva indignabundae adspiciunt itaque parant Graecis auxilium ferre, sed quum jam in eo sunt ut de Olympo descendant, conspicit eas Jupiter et per Iridis ministerium domum eas redire jubet nec sua consilia turbare. Ipse quoque paulo post redit in Olympum, ut rideat dearum irritos conatus et diserte profitetur postero die, quamdiu absit Achilles a pugna, insignem se daturum Hectori victoriam. Atque sic, quo tempore sol occidit, Graeci, magna clade accepta, a pugna recedunt, Trojani autem sese comparant ut in ipso campo pernoctentur.

§ 46.

Facile unusquisque confirmare poterit id, quod octavi libri conspectus supra ostendit: saepius ex campo Trojano excurritur in coelum, sed multum moliendo nihil prorsus promovetur. Ineptit ipse pater deorum et ridiculae sunt Juno et Minerva. Ac multi jam fuerunt, quibus displicerent Jovis verba in deorum concione et Hermannus Op. 5, 63, cuius rationes Lachmannus p. 30 minime improbavit, demonstrare aggressus est quinquaginta versus priores perperam aliunde huc illatos esse, sed Nutzhornius p. 158 me quidem iudice, summa evidentia ostendit, priorem libri partem ab reliquis neutiquam divelli posse: adeo enim omnia cohaerere, ut his sublatis illa quoque corruant necesse sit. Non faciam igitur cum Lachmanno, qui in altera libri parte, inde a vs. 254, poetico artificio delectatur, sed libri initio servilem et ineptum imitatore se deprehendere contendit. Quidquid de diis deabusve hoc libro continetur, pertinet ad gravem illam Jovis comminationem; sed etiamsi omnia cohaereant, nihilominus inepta esse apparet. Graviter vetat Jupiter in concione, ne quis deus Graecis Trojanisque opem ferat; mox concedit se non dixisse *πρόφρονι Ουμῶ*, nec tamen minus ira excandescit, quum Juno et Minerva profectionem parant in castra Graecorum: qua de re supra quaedam observavi. Verum hoc quoque e conspectu, quem supra exhibui, potuit apparere, quam festinanter poeta omnia exsequatur, quam celeres ubique fiant rerum conversiones, quam saepe scena mutetur, quoties victores evadant qui modo victi essent et contra, quam libenter, quam nullo praetextu poeta, Trojano campo relicto, digrediat in Olympum. Modo pugnatur in urbis vicinia, vs. 131; modo aggrediuntur Trojani hostium castra: verbo, lectores jactantur ultro citroque neque usquam habent ubi consistent.

Nondum in animo est quaerere, quid ex superioribus efficiatur: videmus in octavo Iliadis libro partes male dispositas esse, sed quia in omni disputatione de origine et vera forma carminum Homericorum, difficillimum est fundamentum constituere, quibus reliqua superstrui possint, nunc, ne falsa specie ducamur, — quidni enim fieri potuit, ut priscus vates aliquando sui dissimilis reperiretur, — nunc igitur id solum ponemus quod dixi, laborare octavi libri compositionem. Quod ut melius appareat, sub uno conspectu ponam, quae sunt ibi scenae mutationes. Itaque Homerus res deorum sive in Olympo sive in Ida monte persequitur a:

vs. 1— 52
 66— 77
 198—212
 350—484.

Pugnatur autem in campo Trojano:

vs. 53— 65
78—197
213—349
485—fin.

Itaque intra versus 565 septies mutatur scena.

§ 47.

Postquam vidimus de octavi libri compositione, nunc quaedam adnotanda sunt de compluribus versibus aliunde illuc illatis. Scilicet exceptis locutionibus et dimidiatis versibus, qui apud Homerum quavis fere pagina occurrunt, sunt praeterea versus plusquam octaginta, qui cum parva nullave mutatione alibi quoque inveniuntur; quorum versuum ea est ratio, ut saepe aliunde desumpti possint videri, raro autem octavus liber fons sit reliquorum locorum. Secundum ordinem totam rem cognoscemus.

Quod legitur vs. 39 sq.:

*Θάρσει, Τριτογένεια, φίλον τέκος· οὐδ' νύ τι θυμῷ
πρόφρονι μυθίομαι· ἐθέλω δέ τοι ἥπιος εἶναι,*

prorsus eadem sunt verba Jovis ad Minervam X 183 sq., sed ibi satis accommodata sunt, nam non fuerat Jupiter serio locutus, cum dixisset se dubitare utrum Hectorem servari oporteret nec ne, nostro loco Jupiter tantum abest ab omni iocandi animo, ut vs. 402 acerbe Minervam increpet, quod ausa fuerit Graecis opem ferre.

Centum est ex variis locis comportatus a vs. 58 usque ad vs. 72: sunt igitur quindecim versus, in quibus poeta nusquam suus est. Offendimur autem verbis brevi intervallo iteratis *πολύς δ' ὀρμαγδὸς ὀρώρει*, vs. 59 qui ex B 810 petitus est et vs. 63, qui fluxit e A 449.

Sequitur locus de lancibus, qui multo est aptior libro antepaenultimo, ubi de Achille et Hectore sermo est, quorum alteruter in certamine singulari necessario occumbere debet, quam octavo libro, ubi Trojanorum et Graecorum *κῆρε πανηγέος θανάτοιο* lancibus imponuntur.

Vs. 121—125 Hectoris auriga narratur cecidisse Diomedis manu; vs. 313—317 hujus aurigae successorem interficit Teucer. Bis eadem res narratur quinque versibus prorsus iisdem et poetae vena exaruisse videtur.

Sequitur descriptio sedecim versuum a vs. 381—396, quomodo Juno et Mi-

nerva profectionem paraverint: hic quoque centonem deprehendimus ex quinto libro excerptum.

Non minus displicent vs. 457—468; postquam Jupiter uxorem et filiam maledictis increpuit, sedent deae vix dolorem corde prementes: tandem erumpit Junonis indignatio:

αἰνότατε Κρονίδη, ποῖον τὸν μῦθον ἔειπες,

et quae sequuntur. In priorē parte verba sunt accurate eadem, quae itidem quarto libro leguntur, ubi deorum concio describitur. Deinde perget *Juno* et utitur verbis ad amussim iisdem, quibus *Minerva* fuerat usa nostri libri initio: adeo poetae sua impense placebant.

Denique vs. 538 sq. huc translati videntur ex *N* 825 sq., sed de eo loco infra dicere in animo est, uti et de vss. 331—334 = *N* 420—423. Ecce autem conspectus locorum, qui itidem alibi leguntur, omissis versibus quibusdam, qui in omnibus libris quavis pagina inveniuntur:

vs. 3	=	<i>A</i> 499.
5	=	<i>T</i> 101.
28—30	=	<i>I</i> 430—432.
39—40	=	<i>X</i> 183—184.
41—44	=	<i>N</i> 23—26.
58—59	=	<i>B</i> 809—810.
60—65	=	<i>A</i> 446—451.
66—67	=	<i>A</i> 84—85.
68	=	<i>II</i> 777.
69—70	=	<i>X</i> 209—210.
71	=	<i>Γ</i> 127.
72	=	<i>X</i> 212.
105—107	=	<i>E</i> 221—223.
222—226	=	<i>A</i> 5—9.
227	=	<i>A</i> 275.
228	=	<i>E</i> 787.
258—260	=	<i>E</i> 40—42.
313—317	=	<i>Θ</i> 121—125.
331—334	=	<i>N</i> 420—423.
343—345	=	<i>O</i> 1—3.
345—347	=	<i>O</i> 367—369.
354	=	<i>Θ</i> 34.
381—383	=	<i>E</i> 719—721.

vs. 384—388	=	<i>E</i> 733—737.
389—396	=	<i>E</i> 745—752.
457—462	=	<i>A</i> 20—25.
463—465	=	<i>Θ</i> 32—34.
493—495	=	<i>Z</i> 318—320.
540—541	=	<i>N</i> 827—828.

§ 48.

Nondum quidquam in animo est affirmare de origine Homericorum carminum, nam quo argumento ostendere quis possit, numquam priscum poetam sua ipsius serinia expilavisse? Potest hoc suspiciosum videri, sed quia periculosum est suspicionibus nostris alias suspiciones superstruere velle, nunc praestabit examinare num alia octavo libro insint, quae attentum lectorem morari debeant. Nihil dicam de aurea catena vs. 25, nam difficilem locum Lehrsius ita tractavit, ut jam tolerabiliter explicari possit; sed sunt praeterea multa alia, quibus inter legendum offendimur. V. c. vs. 125 interficit Diomedes Hectoris aurigam, sed caeso auriga quidni continuo Hectorem ipsum adgreditur? Tum vs. 130 nemo dixerit, unde tam cito ea rerum conversio facta sit neque in qua parte planitie, quae inter urbem et Graecorum castra extendebatur, pugnatum sit. Deinde permirum est quod legimus vs. 139; verba sunt Nestoris qui lora tenebat ad Diomedem:

Τυδείδη ἄγε δ' αὐτε φόβονδ' ἔχε μώνυχας ἵππους.

Itaque vs. 157 recte non Diomedes, sed Nestor:

ὡς ἄρα φρονήσας φύγαδ' ἔτρεπε μώνυχας ἵππους.

Priorem versiculum viri docti sic interpretantur, ut existiment Nestorem a Diomede veniam petisse currum vertendi: hoc sane contextus flagitat, sed quis serio putabit hoc Graecis verbis inesse? Accedit quod Nestor prae metu ne potuerat quidem lora retinere, vs. 137:

Νέστορα δ' ἐκ χειρῶν φύγον ἠνία σιγαλόεντα.

Vs. 191 sqq. profitetur Hector se rapere velle Nestoris aureum clipeum et Diomedis loricam, quam fabricatus fuisset Vulcanus; verum Ξ 11 insignis ille et in paucis pretiosus clipeus memorari debuisse, neque quidquam legimus *Z* 235 in celebri illa armorum permutatione de Diomede qui loricam retinuerit aut de Glaucō qui divinum donum stulte abjecerit. Contra nostro loco Hector, cum imprimis equos suos alloqueretur, immemor esse non debuit equorum Aeneae, quos

Diomedes curru suo junxerat. Poeta certe vs. 108 memoria retinuit ea quae legerat quinto libro; sunt enim Diomedis verba:

οὐς ποτ' ἀπ' Αἰνείαν ἐλόμην μήζωρε φόβοιο,

et quae sunt ibi reliqua de equis Aeneae, nam propter adverbium *ποτέ*, quum tribus diebus ante equos Diomedes abegisset, hunc quidem versum Aristarchus expunxerat. Itaque vs. 191 Hector dum inflammatur spe potiendi aurei clypei et admirabilis loricae, hoc imprimis agere debet ut Trojanos illos equos abducat, qui divina stirpe et ipsi orti sunt.

In superioribus multa recensui olim jam ab aliis observata; nondum, uti opinor, observatum fuit non constare sibi poetam vs. 348. Exsultans Hector dixerat vs. 179:

ἵπποι δὲ ἴεα τάρρον ὑπερθορέονται ὀρυζτήν.

Postea autem vs. 345 revera compelluntur Graeci intra fossam et Hector *ἀμφιπεριζυῶρα καλλίτριχας ἵππους*. Si intra fossam cum curru suo penetrare ausus est, quaero cur postero die idem non facere tentet; sin autem, quod verius est, inops consilii decrevit *ἀμφιπεριζυῶρᾶν* et experiri, num forte hic vel illic aditus sibi daretur, id certe tempus idoneum non erat, quo deas imprimis Graecorum misereret, cum tuto fossa et muro continerentur.

Uti supra indicavi vs. 381—396 ex quinto libro desumpti sunt, ubi Minerva paterna arma induit. Noster autem poeta sui ipsius oblitus erat, nam vs. 43 jam narraverat *armatum* Jovem in Idam montem esse profectum.

Denique recte legitur *N* 828:

ὧς νῦν ἡμέρη ἦδε κακὸν φέρει Ἀργείοισιν,

nam gloriatur Hector se eo ipso die Graecorum castra expugnaturum esse; idem versus legitur quoque nostro libro vs. 541, sed ibi *ἡμέρη ἦδε* posterum diem denotat, qui dies praeterea non *κακὸν φέρει*, sed *κακὸν οἴσει*. Dixeris igitur poetam tertium decimum librum ante oculos habuisse, cum id quod hic non quadret, ibi rectissime dictum sit. Simile est temporis vitium in illo adverbio *ποτέ* quod supra notavimus et praeterea vs. 475:

*οὐ γὰρ πρὶν πόλεμον ἀποπαύσεται ὄβριμος Ἐκτωρ,
πρὶν ὄρθαι παρὰ ναῦρι ποδώκεια Πηλείωνα
ἡματι τῷ ὅτ' ἂν οἱ μὲν ἐπὶ πρύμνησι μάχωνται,
σεῖνει ἐν αἰνοτάτῳ περὶ Πατρόκλοιο θανόντος.*

Illud *ἡματι τῷ* de proxime insequenti die perperam dictum est neque in castrorum vicinia Patroclus cecidit. Verum ne sic quidem ex meris suspicionibus emer-

gimus, cum alii qui idem jam olim observarunt, hoc ipso argumento usi sint, ut demonstrarent et hos et illos versus spurios esse. Itaque videndum num alia argumenta indagari possint, quibus tota quaestio conficiatur. Quod de versu 475 Nutzhornius disputavit p. 263, id pauci opinor probabunt. Ad Bekkerum provooco in Schedis Homericis p. 75 qui contendit octavum librum continere *des auffallenden und einmaligen mehr als irgend ein früheres*. Bekkerus sequitur ea in re praeceptoris iudicium, cuius verba cognovi ex Volkmanno p. 36. Addo God. Hermannum de em. rat. Gr. Gramm. p. 38: Septimus atque octavus Iliadis liber plurimas ob causas recentiori nec sane summo poetae tribuendi videntur.

§ 49.

Qui offenduntur versibus quos dixi et tamen antiquissimam octavi libri originem tueri volunt, importunas interpolationes eicere poterunt et fuerunt inde ab Aristarcho usque ad novissimos interpretes, qui plena manu per totum librum obelos suos spargerent, ut causa reliquorum versuum eo melior evaderet. In Codice Veneto versibus non minus XLIII in uno eodemque libro obeli appicti sunt; Frankius autem damnavit versus XXXI, nam quosdam retinuit Aristarcho improbatos, alios autem improbavit, in quibus non haeserat Aristarchus. Non reprehendo uncinis a contextu separari ineptos versiculos, qualis est v. c. 185, ubi Hector quadrigas scilicet suas ita alloquitur:

Ξάνθε τε καὶ σὺ Πόδαργε καὶ Αἴθων Λάμπε τε διέ,

cum praesertim duali numero in sequentibus perpetuo utatur; sed iuvat nunc ostendere, quam nihil proficiatur obeli usu quamvis pleno, quod multi loci supersint nulla ope eliminandi, qui non minore jure attento lectori negotium facessant. Ne urgeam vs. 37 *ὄδυσσαμένοιο τεοῖο*, vel si cum Bekkero mavis *τεεῖο*, nam Aristarchus eum quoque versum propter miram pronominis formam obelo confixit: sed ecce vs. 55:

Τρῶες δ' αὐτ' ἐτέρωθεν ἀνὰ πτόλιν ὀπλίζοντο,

quo sensu verbum *ὀπλίζεσθαι* apud Homerum aut raro aut numquam reperitur, nisi forte iis locis, qui ipsi alia quacumque de causa suspicionem movent, ut *H 147*.

Omitto quaerere de pugna inter vs. 56 et *B 130* de numero Trojanorum, sed affirmo ineptam esse narrationem vs. 80 sqq. de Nestoris equo, quem Alexander vulneravit:

*ἵππος ἐτείρετο τὸν βάλεν ἰὼ
δῖος Ἀλεξάνδρος Ἑλένης πόσις ἠυζόμειο.*

Quod confestim sequitur:

σὺν δ' ἵππους ἐτάραξε κυλινδόμενος περὶ χαλκῶ,

admirationem movet quomodo ἵππος ἵππους potuerit ταράσσειν, sed statim intelligitur τὸν παρήγορον vulneratum fuisse:

ὄφρ' ὁ γέρον ἵπποιο παρηγορίας ἀπέταμινεν.

Verum enim vero hoc continuo addere debuerat poeta, nam, ubi simpliciter dicitur ἵππος ἐτείρετο, quis non credat ζύγιον ἵππον intelligi, cum παρήγοροι ἵπποι raro omnino memorentur? Praeterea cur Nestor ipse lora abscindit, quod tamen dixeris τοῦ ἡνίοχου potius esse officium quam τοῦ παραιβάτου? Certe non Patroclus, sed Automedon αἶξας ἀπέκοψε παρήγορον II 474. Sed poeta hos confundere videtur. Sic vs. 89 Hectorem ἡνίοχον vocat qui tamen παραιβάτης erat, cum alibi aurigam recte vocet ἡνίοχον vs. 126 vel ἡνιοχῆα vs. 312 et ἡνίοχον θεράποντα vs. 119, quod habet, uti verisimile est, ex E 580 vel M 111. Nil simile in tota Iliade me legere memini praeterquam T' 401, ubi Achilles immortales equos suos allocutus se ipsum ἡνιοχῆα appellat, nam diversum utique est P 427 et 439 ubi Patroclus ἡνίοχος dicitur et excusari potest, quod Pandarus Aeneam ἡνίοχον appellat E 231. Suspiciosum quoque est P 487. Consimili modo noster peccat vs. 168:

*Τυδείδης δὲ διάνδιχα μερμήριξεν
ἵππους τε ζρέψαι καὶ ἐναντίβιον μαχέσασθαι,*

quia Nestoris hoc erat τοῦ ἡνίοχου ζρέψαι τοὺς ἵππους, non Diomedis, sequitur poetam discrimen inter utrumque susque deque habere nec meminisse versus P' 132:

ἂν δ' ἔβαν ἐν δίφροισι παραιβάται ἡνίοχοί τε.

Mira locutio est, cuius nihil simile usquam reperitur vs. 166 πάρος τοι δαίμονα δώσω et, nisi vera est Zenodoti lectio πότμον ἐρήσω, dixeris corruptelam latere, nam facilis est suspicio scriptum fuisse olim πάρος σ' ἀπολαιμοτομήσω vel simile quid, sed alia vocabula, quae certe corrupta non sunt, etiam magis mira videntur, adjectiva volo vs. 178 οὐδενόσωρος et vs. 527 κηρεσιφόρητος. Nota quoque vs. 326 μάλισα δὲ ζαίριόν ἐστιν, quod poeta a se ipso mutuatus est vs. 84, ubi rectius idem dicitur de vulnere equi, nam Teuceri vulnus minime letale, qui postero die jam rediit in pugnam, ut apparet M 350. Vs. 186 ut taceam quam absurde vinum equis praebeat, laborat constructio:

*νῦν μοι τὴν κομιδὴν ἀποτίνετον, ἣν μάλα πολλὴν
'Ανδρομάχη θυγάτηρ μεγαλήτορος 'Ηετίωνος,*

ὑμῖν παρ' προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν
οἴνον τ' ἐγχεράσσασα πιεῖν, ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

Veteres critici Alexandrini ultimum versum eiecerunt, quod nimis absurdus videbatur; primum non video quomodo hoc argumentum per se spectatum sufficere possit, cf. Buchholz. Hom. Real. I, 2, 174; deinde, etiamsi id dederim, non tamen minus mire dictum erit illud ἦν μάλα πολλήν, cui verbum deest, quocum jungatur. Hic autem locus si in suo genere unicus foret, crederem fortasse subesse corruptelam, quam opinionem Friedlanderum tueri audio, cuius disputationem tamen nancisci non potui, sed non minus contorte dictum esse arbitror vs. 213:

τῶνδ' ὅσον ἐκ νηῶν ἀπὸ πύργου τάρφος ἔεργεν.

Et vs. 230:

πῆ ἔβαν εὐχολαί, ὅτε δὴ φάμεν εἶναι ἄριστοι,
ἄς, ὅπότε' ἐν Λήμνῳ, κενεαυχίης ἠγοράασθε;

Et vs. 306:

μήκων δ' ὡς ἐτέρωσε κάρη βαλεν, ἢ τ' ἐνὶ κήπῳ,
καρπῷ βριθομένη νοτίησί τε εἰαρινῆσιν,
ὡς ἐτέρωσ' ἤμυσε κάρη πῆλημι βαρυνθέν.

De quibus locis vide doctam Lehrsii disputationem in libro de Aristarcho p. 364.

Concedendum est Homerum in pugnae descriptione duces tantum memorare quot ceciderint et prorsus tacere de gregariorum militum interitu. Itaque Minerva *H* 17 Graecis advolat ut opem ferat *tribus* tantum ducibus interfectis et *K* 298 campus cadaveribus stratus est, quamquam superiore die *duodecim* tantum Trojani traduntur, qui occubuerunt; verumtamen, quod supra significavi, octavo libro conversiones rerum nimis cito fiunt. Vs. 131 unico milite occiso, Trojani ad urbem usque repelluntur; tum, postquam ter intonuit Jupiter, vs. 214 confestim Graeci sese intra fossam recipiunt; deinde vs. 255 Diomedes omnium primus extra fossam egressus Trojanos adoritur; sequuntur eum reliqui duces, inter quos virtute eminet Teucer, qui decem nobiles hostes sagittis suis configit, donec ipse tandem vulneratus proelio excedit. Jam autem Graeci in urbis vicinia iterum pugnabant, ut videmus vs. 295, sed minime intelligitur, unde repente is metus Trojanos invaserit. Non magis apparet, quo jure poeta finxerit, Teucro vulnerato statim Trojanos *ἰθὺς τάρφοιο βαθείης ὥσαι Ἀχαιοῦς*. Sed quid hoc miror in poeta qui post longam digressionem, in qua narravit quid dii inter sese in coelo collocti fuerint, vs. 489 jam redit ad mortalium res gestas nar-

randas, verum prorsus obliviscitur eorum quae postremo narravit vs. 349 et dicere omittit, quis pugnae fuerit eventus sub solis occasum, quum utrique quietem capessero.

Admodum absurda sunt Iridis verba vs. 420—424, sed quia Aristarchus eos jam obelo suo confodit, conferat quis Jovis verba vs. 407 sq. Quicumque sapere audebit, concedet ni fallor ineptire deorum hominumque patrem. Junoni, inquit, venia dari potest: semper enim mihi molesta esse solet. Qui inter mortales ita ratiocinabitur, juxta cum insanis insanire videbitur. Non minus stultum est quod Jupiter comminatur vs. 477 et dixeris protestationem actui contrariam, quum profiteatur se minime succensere et tamen efferatur ira. Non multo sanius est Hectoris consilium vs. 517: si quid Trojanis a Graecis metueret, satius multo fuisset domum redire, quam urbem impuberum et decrepitorum senum tutelae committere. Sed quam parum divite vena poeta sit, ostendet vs. 91 collatus cum vs. 132 et 217: est ea Lachmanni acuta observatio saepius fingere poetam brevi intervallo perparum afuisse, quin hoc illudve accideret. Praeterea, quod supra data opera ostendimus, magnae sunt in Iliade vulnerum diversitates: ea quoque in re nunc deprehendimus ingenii summam paupertatem. Octavo libro trucidantur Trojani duodecim: ex his quatuor sunt, quos narrat poeta quibus vulneribus occubuerint. Duo sunt qui in pectore plagam excipiunt, *σηθος παρὰ μαζόν*, vs. 121 et 313; tertium Teucer ferit itidem *κατὰ σηθος*, vs. 303. Quartus turpi vulnere cadit, vs. 258; mutuatus hoc est poeta ex *E* 40.

Denique attendamus ad vs. 177, ubi liquido apparet, nosse poetam extremum septimum librum, nam Graeci nuper demum murum extruxisse dicuntur. Eodem ducit iteratum verbum *οἰνίζεσθαι* vs. 506 et 546.

§ 50.

In superioribus satis dictum esse arbitror, ad confirmandam suspicionem octavum librum reliquis multis Iliadis partibus aliquanto esse recentiore. Eadem ratio est secundae partis praecedentis libri, inde a versu 313 usque ad finem, quibus versibus continetur descriptio eorum quae apud Trojam acta sunt post certamen singulare Hectoris et Aiacis. Primum igitur pugna direpta conveniunt duces sub solis occasum in tentorium Agamemnonis, ut coenam capessant; tum remotis mensis suadet Nestor ut summo mane cadavera comportent in unum et comburant, deinde tumulo exstructo murum et fossam castris circumdent. Versus 334 et 335:

*τυτθὸν ἀποπρὸ νεῶν, ὡς ἔ' ὄξια παίσιν ἕκαστος
οἴκαδ' ἔγη, ὅτ' ἂν αὐτε νεώμεθα πατρίδα γαίαν,*

jam Aristarchus spurios esse judicavit, cum alibi appareat caesorum ossa in hostium terra relicta esse nec domum deportata. Verum, quod mihi videtur multo gravius, raro legimus gregariorum militum cadavera combusta esse, nam alibi fere comburuntur cadavera ducum tantum, quibus hostes potiri non potuerunt, milites autem *ἐλώρια* fiunt *κύνεσσιν οἰωνοῖσι τε πᾶσιν*. Eodem pertinet *B* 393:

*οὐ οἱ ἔπειτα
ἄρκιον ἐσσεῖται φυγέειν κύνας ἠδ' οἰωνούς.*

et *A* 162:

*οἱ δ' ἐπὶ γαίῃ
κεῖατο, γύπεσσιν πολὺ φίλτεροι ἢ ἀλόχοισιν.*

Et *A* 395:

πύθεται, οἰωνοὶ δὲ περὶ πλέες ἠὲ γυναῖκες

Et *A* 453:

*ἄ δειλ', οὐ μὲν σοί γε πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
ὄσσε καθαιρήσουσι θανόντι περ, ἀλλ' οἰωνοὶ
ὠμηξαὶ ἐρύουσι, περὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες.*

Et *A* 818:

*ὧς ἄρ' ἐμέλλετε, τῆλε φίλων καὶ πατρίδος αἴης,
ἄσειν ἐν Τροίῃ ταχίας κύνας ἀργεῖτι δημῶ.*

Et *O* 351:

*οὐδέ νυ τόνγε
γνωτοὶ τε γνωταί τε πυρὸς λελάχωσι θανόντα,
ἀλλὰ κύνες ἐρύουσι πρὸ ἄσπεος ἡμετέροιο.*

Et *II* 836:

σὲ δὲ τ' ἐνθάδε γύπες ἔδονται.

Et *P* 127:

*ἔλχ' ἴν' ἀπ' ὠμοῖν κεφαλὴν τάμοι ὄξει χαλκῶ,
τὸν δὲ νέκυν Τρωῆσιν ἐρυσσάμενος κυσὶ δοίῃ.*

Hinc Hector Aiaci comminatur *N* 831: *Τρώων κορέεις κύνας ἠδ' οἰωνούς*. Quanto autem opere eam sibi sortem ipse timuerit Hector, videre est tum septimo libro ubi Graecorum fortissimum quemque provocat vs. 79, tum in ultimo eius cum Achille congressu, *X* 259. Itaque haec unica est in tota Iliade omnium

νεκρῶν ἀναίρεσις, quod veteres grammatici jam observarunt; de cura cadaverum, exceptis ipsis ducibus, Patroclo, Hectore, al. nihil prorsus alibi legitur, nisi forte pestilentiae tempore, cf. Duntzer. Diss. Hom. p. 164. Sed etiamsi concedamus cadavera *κατὰ τὸ σιωπώμενον* sepeliri potuisse, quod quominus credamus, prohibemur versu *Κ* 298, intelligi tamen non poterit, quomodo tumulus cum muro conjunctus fuerit et quid sibi velint verba vs. 337 = 436:

*ποτὶ δ' αὐτὸν τεῖχος ἔδειμαν
πύργους θ' ὑψηλούς, εἴλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν.*

Eodem tempore comitia habentur Trojae in arce, in quibus Antenor suadet ut Helena Graecis reddatur; foedere enim violato nullam victoriae spem superesse. Negat Paris, omnino immemor eorum quae dicta sunt *Γ* 93 et 458, se Helenam dimissurum esse, sed quae Menelai bona rapuit, ea reddere paratus est. Jam Priamo auctore Idaeus praeco ad Graecorum duces mittitur ut conditionem eam ferat simulque ut petat inducias ad cadavera comburenda. Summo mane Idaeus littus versus proficiscitur, sed Graeci significant se bellum ad internecionem usque gerere velle, inducias iibenter concedere. Reverso Idaeo tum demum, quod mirum est, exoritur sol, mittunt lignatum, cadavera comportantur, lavantur, rogo imponuntur, cremantur.

Novi solis ortus satis obscure indicatur vs. 433; sed postridie tumulus exstruitur et, quod omnem fidem superat, murus cum fossa inchoatur et perficitur. Praeter incredibilem celeritatem, quae multis jam offensionī fuit, illud quoque non adsequor, fuerintne Myrmidonum naves iisdem munimentis cinctae et utrum ea res perfecta sit Achille comprobante an prohibente, nam utrumque ab omni verisimilitudine aequae abhorret.

Sequitur deorum concilium de novo opere et Neptuno irato suadet Jupiter, ut post Graecorum discessum vallum diruat. Jam advesperascebat, quum perfecto opere Graeci in tentoriis coenam capesserent, in qua largiter sese vino ingurgitant, quod Lemno naves attulerant. Celebrantur epulae per totam noctem, vs. 476, atque sic rectissime adnectitur octavo libro ortus novi diei.

Multa sunt etiam in ipso sermone indicia, quibus viri docti probarunt, esse eos versus quos examinavimus non admodum vetustos. Huc quoque pertinet, quod tamen argumentum nimis incertum est, neglecta Aeolica litera in *οἶζος* vs. 364 = 391, in *Ἰλιος* vs. 345 et *οἶνος* vs. 467 et 472, quamquam vide Coebet. Mnem. XIII p. 359 ac praeterea novicium vocabulum *ἀνδράποδον* vs. 475; accedit ferri mentio vs. 473. Sed omnium longe maximam suspicionem movet muri constructionem uno die perfici multoque minore labore cum exstrui videmus quam postea fluminibus immissis, quod duodecimi libri initio traditur, a

Neptuno diruatur. Alia quae sunt apud Lachmannum acute disputata, nunc urgere nolim. Diserte quoque Grotus Hist. Gr. II, 187.

§ 51.

Multo meliores versus sunt, quibus cantatur priore parte septimi libri certamen singulare Aiakis et Hectoris. Unica fere res est, qua offendimur, nimirum vs. 9, ubi Paris interfecisse dicitur Menesthium filium Areithoi τοῦ κορυνήτου. Gloriatur enim Nestor vs. 136, se admodum adulescentem vicisse Ereuthalionem, qui clavum haberet Areithoi τοῦ κορυνήτου. Lycurgus olim insidiis structis Areithoum occiderat et arma detraxerat, quae senectute confectus Ereuthalioni legarat. Postea additos suspicor vs. 140—149 ab nescio quo poeta, qui explicare vellet, qui esset factum ut Ereuthalion Areithoi armis uteretur.

Sed, quod multo magis animadversione nostra dignum est, uno eodemque die depugnatur primum inter Menelaum et Paridem, sicuti tertio libro legimus, et paucis horis post inter Aiacem et Hectorem. Quod hodie plerisque ita videtur, qua de re Bonitzius conferri poterit p. 29, non satis est credibile, utramque pugnam unius poetae opus esse: id tantum quaeritur, utra narratio sit vetustior. Re bene pensitata, equidem mihi persuasi, tertium librum recentiorum esse septimo. Non utar argumento, habere utrumque librum quosdam versus communes, nam id ejusmodi est, ut in utramque partem disceptari possit: cf. *H* 49, 54—56, 250—254, 259 = *I* 68, 76—78, 356—360, 348. Sed primum quum Hector Graecos ad certamen provocat, Graeci nihil metuunt insidias τῶν brevi ante παρασπονδησάντων; deinde, ubi Menelaus sese offert ad depugnandum, ipse oblitus esse videtur victoriae nuper de Paride reportatae et Agamemnon, ut fratrem dehortetur ne pugnam ineat, non utitur argumento maxime accommodato, Menelaum a Pandaro vulneratum esse; denique neque Hector violatas inducias excusat neque quisquam Graecorum objicit, dummodo exceperis vs. 69—72. Miseram excusationem cum Hauptio intercalatam crediderim ab aliquo, qui conjunctionem γὰρ vs. 73 miratus esset.

Ceterum demonstrari potest eum qui addiderit alteram partem septimi libri jam cognovisse tertium. Verba sunt enim Antenoris in concione vs. 351:

νῦν δ' ὄρκια πιζᾶ
ψευσάμενοι μαχόμεσθα τῶ σὺ νύ τι κέρδιον ἡμῖν.

Praeterea in priore parte septimi libri uti et libro sexto Trojani magnifice sentiunt de Paridis virtute, v. c. vs. 7. Aliter tertio libro: οὐ γὰρ δὴ φιλότιπέ γ' ἔξευθον ἄν, *I* 320—323, 454, quibuscum compone Idaei verba in altera parte

septimi libri vs. 390: *ὡς πρὶν ὄφελλ' ἀπολέσθαι*. Quod autem ibi Paris negat se Helenam esse redditurum, sicuti olim sponderat, credibile est hoc finxisse interpolatorem septimi libri, cum meminisset supra depingi amantium colloquium et amoris integrationem.

Ne iidem versus ter in eodem libro sine ulla necessitate legantur, deleverim vs. 291—293, quorum verus locus est 377, 378 = 396, 397 et 282. Denique quod legitur vs. 308:

τοὶ δ' ἐχάρησαν
[ὡς εἶδον ζῶν τε καὶ ἀρτεμέα προσιόντα]
Αἴαντος προφυγόντα μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους,

quia Hector non *ἀρτεμῆς* ex pugna rediit, sed ab Aiace vulneratus fuit, servari non poterit versiculus quem interpolator desumpsit ex *E* 515; non intellexit enim quid esset *ἐχάρησαν προφυγόντα*.

§ 52.

Sicuti vidimus cohaerere septimi libri partem posteriorem cum libro octavo, sic apparet sextum librum cum septimi libri priore parte conjungendum esse. Tria autem potissimum sunt quae hucusque suspicati sumus, primum veterem poetam deduxisse narrationem usque ad certamen singulare Aiace et Hectoris, quod tenebris obortis diremtum est; deinde ab hoc poeta diversum fuisse eum qui postea addiderit quae tertio et quarto libro leguntur de certamine Menelai et Paridis et de foedere, quod Pandarus vulnerato Menelao rupit; denique multo fuisse recentiorem scriptorem, cui debeantur ea quae inde ab altera parte septimi libri leguntur usque ad finem libri octavi. Eas suspensiones, nam ultra nondum disputando pervenire potuimus, jam conabimur comprobare.

Aristarchus ut explicaret, quomodo tot spurii versus sese in Homeri textum insinuassent, Aristonico teste, eam causam afferre solebat *τὰ ποιήματα ἐν τῇ τάξει διημαρτῆσθαι*, quibus verbis video esse qui utantur ut ostendant Aristarcho jam notam fuisse de Pisistrato fabulam, qui scilicet primus Homeri carmina disposuisset. Satis constare hodie existimo, si quid insit veri iis quae narrantur de cura Pisistrati in Homero colligendo posita, illud solum fortasse speciose disputari, Pisistrati tempore primum confectum fuisse quasi corpus Cyclicorum poetarum, quorum carmina de bello Trojano omnia ipsi Homero adsignabantur. Sed ut ut est, nam non nisi obiter eam quaestionem attingo, id tantummodo agens ut quae mihi probetur ratio appareat, *τὴν τῶν ποιημάτων διημαρτημένην τάξιν* Aristarchus aut raro aut fortasse numquam correxit et fuit citra controversiam

in ea opinione, si quid olim esset peccatum, id jamdudum esse correctum, exceptis versibus spuriiis quibusdam propter illam confusionem olim natis necdum e textu eliminatis. Non disputo nunc de origine spuriorum versuum verene viderit Aristarchus nec ne: id certe intelligo, Aristonici loco parum firmum praesidium inesse quo Lachmanniani doctrinam suam tueantur. Sic enim sentiebat Aristarchus, uti vides, versuum ordinem qui nunc obtinet, fuisse *reductum*, si quid forte peccatum fuisset, non *introducedum* demum ab iis qui separata et separanda conjunxissent. Aliquanto melius Lachmanniani Zenodoti iudicio uti poterunt, qui revera versuum ordinem hic illic immutavit, qua de re Duentzerus egit p. 154. Ex gr. adnotatum est ad primum versum octavi libri: *Ζηνόδοτος μετατίθησι τὴν ἀνατολὴν κάτω πρὸς τὸ οἱ δ' ἄρα δεῖπνον ἔλοντο, ὡς τὴν τῶν θεῶν ἀγορὰν ὅπερ γίνεσθαι ἀπερπῶς*. Verum ad causam obtinendam Lachmannianis ne talia quidem satis sunt. Redeo ad sextum librum. Ad vs. 119 adscriptum est: *ἡ διπλὴ ὅτι μετατιθέασί τινες ἀλλαχόσε ταύτην τὴν σύζασιν*. *Ἡ σύζασις* illa Diomedis et Glauci est, quam, teste Aristonico, alii alio transposuerunt. Equidem suspicor Zenodotum fuisse, qui intelligeret narrationem illam inde a vs. 119 usque ad vs. 236 locum non suum obtinere et vere eum sic iudicasse existimo. Primum nihili est et in neutram partem trahendum, Diomedem non nosse Glaucum: novit quidem Sthenelus Pandarum et Aeneam *E* 246 et Sarpedon et Tlepolemus se invicem noverunt *E* 633, sed *Γ* 21 nunc primum videt Menelaus Paridem et *Γ* 162 Priamus non novit duces Graecorum, ne Ulyssem quidem, qui tamen olim legatus missus fuerat et *E* 175 Aeneas non novit Diomedem. Si praeterea incredibile videbitur decimo belli anno Diomedem nondum nosse Glaucum, hoc argumentum eo pertinet, ut nusquam in Iliade illi narrationi locus sit. Ne hoc quidem urgebo, vulnerato Menelao et cognita Trojanorum perfidia non satis tuto inter armatos hostes Diomedem et Glaucum arma permutare potuisse, si quidem vere coniecimus quartum librum postea fuisse additum. Sed post quintum librum ferri non potest vs. 129:

οὐκ ἂν ἔγωγε θεοῖσι ἐπουρανίοισι μαχοίμην,

et quae deinceps sequuntur in eandem sententiam: hic ille idem Diomedes est qui modo Venerem et Martem vulneraverat. Praeterea incommode interrumpuntur quae poeta coeperat narrare de Hectore reditum in urbem parante et dixeris ex alio quodam poemate huc illatos fuisse centum illos versus, quos vidimus fortasse ne ei quidem cognitos fuisse, qui octavum librum addiderit. Ne illud quidem difficile est pervidere, cur versus ceteroquin pulcherrimi omniumque laudibus merito celebrati huc irrepserint, cum apprime demonstrent τὸν Διομήδη ubique ἀριζεύοντα, quod quinti libri argumentum est. Nec negligam, quod obiter ad-

dendum videtur, lucro inhiare Diomedem, dum avum suum imitetur, qui hospiti suo purpuream zonam dederit et contra acceperit aureum poculum, quamquam praeterea ab Homero nil tale de Diomede traditur. Cf. Nitzschius *in den Beiträgen* p. 149 et Duentzerus in *Dissertationibus Homericis* p. 12.

§ 53.

Nunc tandem ut emergam e suspicionibus, quae, etiamsi conjunctae aliquam vim possint obtinere, debiles et inanes videantur necesse est, si separatim consideres, tandem igitur quasi firmum solum nactus, cui insistere possim, ponam id quod mihi certissimum videtur omnique dubitatione maius. Summus artifex fuit is, quisquis ille fuit, qui cecinit de congressu Hectoris et Andromaches; sed quo excellentior fuit, eo melius persentire debuit, non sic describi posse ac debere nisi ultimum utriusque colloquium. Hoc ut probem, omnium mihi instar Schillerus sit, qui, quinque diebus post, dum Achilles urbem oppugnabat, fecit Hectorem uxori valedicentem, ne umquam postea eam inviseret sed eodem die interficeretur. Consequitur quod nunc certum atque immotum nobis manebit, alium fuisse poetam qui postea addiderit septimi libri partem posteriorem cum libro octavo; qui enim sextum librum composuit, finxit Trojanos jam ea ipsa nocte, quae proxime insecuta est, in campo pernoctatos fuisse. Sicuti is cui priorem Iliadis partem debemus, immemor fuit muri et fossae quibus castra Graecorum circumdata essent et plerumque obliviscitur Scamandrum esse fluvium inter urbem et castra, sic putavit semper Trojanos ante urbem exegisse noctem. Nihil metuo ne quis objiciat me cum Schillero veterem vatem ad nostram cogitandi et sentiendi consuetudinem revocare velle; sed si quis tamen hoc objicere volet, ante perpendat Jovis verba *P* 208, qui Hectorem caeso Patroclo ita alloquitur:

ἀτὰρ τοι νῦν γε μέγα κράτος ἐγγυαλίξω,
τῶν ποιηὴν ὃ τοι οὐ τι μάχης ἐκ νοσήσαντι
δέξεται Ἀνδρομάχη κλυτὰ τεύχεα Πηλείωνος.

Sed sexto quoque libro ipse poeta satis perspicue indicat omnium postremum describi viri cum conjugē colloquium. Verba enim sunt Hectoris vs. 367:

οὐ γὰρ οἶδ' ἢ ἔτι σφιν ὑπότροπος ἴξομαι αὐτίς,
ἢ ἤδη μ' ὑπὸ χερσὶ θεοὶ δαμόωσιν Ἀχαιῶν,

et extremo libro vs. 501 de ancillis legitur:

οὐ γὰρ μιν ἔτ' ἔφαντο ὑπότροπον ἐκ πολέμοιο
ἴξεσθαι, προφρυγόντα μένος καὶ χεῖρας Ἀχαιῶν.

Frustra tamen fuere mulierculae cum suis lamentationibus, nam septimo libro vs. 310 Hector post pugnam cum Aiace redit in urbem. Sicuti nemo repente fit turpissimus, sic egregius poeta non intra pauculos versus delabi potest ad summas ineptias. Quum vaticinatur poeta,

αἰ μὲν ἔτι ζῶν γόον Ἔκτορα ᾧ ἐνὶ οἴκῳ,

quod ancillae augurantur, id eventu carere non potest. Quod autem sic carmen deduximus ad *H* 309, post videbimus quomodo ista cum reliquis cohaereant.

Video illud quoque confirmari quod supra posui, postea fuisse additum quae tertio quartoque libro legantur, nam vs. 55 ubi Agamemnon Menelaum increpat quod Adrasto pepercit, nihil deprehendimus dictum de foedere nefarie violato, cuius ibi mentionem non facere rex non potuit. Nihil quoque Helena vs. 350 de certamine Paridis et Menelai et injustissime regium adulescentem criminatur, cum tamen nemo teneatur quidquam praestare ultra vires. Sed in reliquis quoque tertius liber nusquam respicitur. Multi quidem sunt qui contendat post certamen cum Menelao Alexandrum Veneris ope servatum nunc desidem domi latitare; video Nutzhornium quoque p. 202 eam opinionem tueri. Verum nihil tale innuit Hector vs. 326:

δαιμόνι', οὐ μὲν καλὰ χόλον τόνδ' ἐνθεο θυμῷ,

nam quod dicit de fratris ira, etiamsi dicere non habeam, quorsum referendum sit, certe referri non potest ad quidquam eorum quae tertio libro traduntur, qua de re Kammerus adeundus est. Non magis eodem respicit Alexander vs. 336: *ἔθελον δ' ἄχεϊ προτραπέσθαι*, cum ex tertio libro meminerimus, quam nihili ille acceptum dedecus aestimaverit. Deinde postquam dixit Helena *Γ* 428:

ἤλυθες ἐκ πολέμου ὡς ὄφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι

et quae sequuntur, ne hoc quidem verum est quod Paris narrat vs. 337 sexti libri:

*νῦν δέ με παρειποῦσ' ἄλοχος μαλακοῖς ἐπέσσειν
ὤρμησ' ἐς πόλεμον.*

Praeterea Hector qui tamen deam non vidit, cuius auxilio frater servatus fuerat, nil curare videtur cur et quomodo Paris domum redierit. Nihil quoque Hector de Pandaro, de cuius impio facinore fere necessario queri debuit, cum frater eam rem ignoraret. Denique non intelligitur cur Alexander a Menelao devictus tractet arma, nulli jam usui futura post foedus peractum.

Si Paris tam fuit ignavus quam repraesentatur ab eo qui tertium librum composuit, nihil erat cur quis eum ornaret splendida illa comparatione cum generoso

equo, quae extremo sexto libro invenitur. Sed neque Hector fratrem contemnit, nec dignus is est quem contemnat, neque oderunt eum Trojani: partim hoc apparet ex initio septimi libri, ubi uterque frater multum exspectatus Trojanis adest, partim ex Hectoris honorificis verbis vs. 521. Itaque aut omnis conjectura fallax est aut spuria sunt Hectoris verba vs. 281—285, ubi fratrem acerbe exagitat. Addidit interpolator qui norat tertium librum. Fecerat poeta Hectorem dicentem:

ἐγὼ δὲ Πάριον μετελεύσομαι ὄφρα καλέσω.

Additum fuit postea:

*αἶψ' ἐθέλησ' εἰπόντος ἀκουέμεν· ὡς κέ οἱ αὖθι
γαῖα χάνοι· μέγα γάρ μιν Ὀλύμπιος ἔτρεφε πῆμα
Τρωσὶ τε καὶ Πριάμῳ μεγαλήτορι τοῖό τε παισίν.
εἰ κείνον γε ἴδοιμι κατελθόντ' Ἄϊδος εἴσω,
φραῖν κε φρέν' ἀτέρπου οἴζυος ἐκλελαθέσθαι.*

Arguunt interpolationem Hectoris verba ad fratrem extremo libro:

*δαιμόνι' οὐκ ἂν τίς τοι ἀνὴρ ὃς ἐναΐσιμος εἴη,
ἔργον ἀτιμήσειε μάχης, ἐπεὶ ἄλκιμός ἐσσι,*

et quae sequuntur.

Abominanda fuit Agamemnonis crudelitas vs. 45 sqq. in trucidando Adrasto supplice, cum tamen saepe Graeci captivos suos vendere solerent, cuius rei exempla habe et alibi et *Φ* 102. Scilicet sexto libro poeta imitatus est quod undecimo libro legitur vs. 131, ubi prorsus eadem sunt verba filiorum Antimachi ad eundem Agamemnonem:

ζώγρει Ἀτρέος νιέ, σὺ δ' ἄξια δεῖξαι ἄποινα, κτέ.

Obtruncantur autem, quia pater olim auctor fuerat Menelai interficiendi, qui orator venerat ad Trojanos. Itaque quod undecimo libro Agamemnon peramanter facit ad fraternam caritatem significandam, idem sexto libro crudeliter fit ut nihil magis. Nisi vana nos ludificatur species, inde sequitur, undecimum librum sexto esse antiquiorem. Eam suspicionem infra examinabimus.

Ceterum sexto libro ἢ *Διομήδους ἀριζεία* respicitur vs. 96, 277, 306.

§ 54.

Nulla mihi idonea causa videtur esse, quare quintum librum a sexto sejungamus. Itaque quae supra disputavimus, ita comprobabuntur, si nulla vestigia in

quinto libro reperire poterimus, poetae cognitum fuisse certamen singulare Alexandri et Menelai vel foedus a Pandaro violatum. Et apparet sane vs. 246 nosse quidem Sthenelum, quis Pandarus sit, ignorare autem hunc esse eundem illum, qui missa sagitta foedus violaverit. Neque Agamemnon vs. 529 in militum cohortatione tacere potuisset de foedere nefarie rupto, si poeta quartum librum jam notum habuisset. Quomodo autem Menelaus vs. 50 et 54 tam fortiter pugnam inire potuisset, si etiam tum ex vulnere claudicaret?

Pandari verba sunt vs. 206—216, quibus quartus liber respicitur, quos tamen versus ante me jam alii multi eiiciendos esse censuerunt cum propter alia quae magno opere displicent, tum quia nimis ridiculum est, quod Pandarus affirmat de arcu suo, quem domum aliquando reversus confringet. Si quidem arcum ab Apolline ipso accepit, secundum *B* 827, — sed vide tamen *A* 106, — impium facinus est ἀποβάλλειν θεοῦ τὸ δῶρον. Illud mirum fortasse possit videri, poetam ita loqui quasi jam dixisset quis esset Lycaonis filius; sed eliminato quarto libro, legi poterit vs. 96:

τὸν δ' ὡς οὖν ἐνόησε Λυκάονος ἀγλαὸς υἱὸς
Πάνδαρος ἄμ πεδίον πρὸ ἔθεν κλονέοντα φάλαγγας,

sed vide *A* 188.

Habet hoc poeta quinti libri ut pugnatore non minus expedite vulneret quam restituat in integrum. In reliquis Iliadis partibus duo tantum sunt qui divina ope temporis momento sanantur, nempe Glaucus et Hector; numquam divinitus reficitur Diomedes vel Agamemnon vel Ulysses. Quinto libro sanatur gravissime sauciatus Aeneas; sanatur Diomedes, quamquam ad tempus tantum, uti est videre vs. 795; quapropter eiiciam vs. 122 et tamen admirationem movet, nihil infra de tam gravi vulnere legi. Reficiuntur denique Mars et Venus. Unum oblitus est poeta sanare Sarpedonem, qui quatuor diebus post fortissime pugnans cadit, sed jam quinto libro gravi vulnere confectus fuit. Equidem his argumentis et aliis quibusdam usus, planissime Lachmanno et Hauptio adsentior multas easque admodum longas interpolationes quinto libro inesse. Quidquid cantatur de Veneris reditu in Olympum deque colloquio cum matre Dione, vs. 352—431, pluribus de causis alienae manui attribuam. Cum Hauptio praeterea eiiciam vs. 508—511, ne Minerva ex pugna recessisse videatur. In descriptione pugnae Sarpedonem inter et Tlepoleum, admodum ridiculi mihi videntur vs. 664—692; sed tota illa pericope vs. 628—698 insiticia mihi videtur, nam Homeri aequales ignorare non potuerunt, tempore belli Trojani Graecos Rhodum insulam nondum occupasse: supra hoc jam attigi. Deinde ex contextu removebo vs. 711—792, quibus versibus narratur quid Juno et Minerva inter se in coelo collocutae sint

et quomodo reditum paraverint in campum Trojanum; quam tamen interpolationem satis antiquam esse video: jam enim nota erat ei, qui octavum librum composuit, ut supra ostendimus. Denique a vs. 868 de sanato vulnere Martis omnia interpolata habeo et nemo non fatebitur in iis quae ab Jove in colloquio cum Marte dicuntur, sana ratione carere vs. 894. Quintus liber sic constitutus carebit ea offensione, quam Lachmannus significavit, Junonem descendere de Olympo, ut prorsus nihil agat. Quod satis compertum est, amant interpolatores humanis rebus inserere narrationes de diis deabusque, qui sese pugnae immiscuerint; nam nunc omitto dicere quae sunt in interpolatis versibus plurima mire dicta et praeter eam dicendi consuetudinem, quam alibi offendimus.

§ 55.

Incipit descriptio eius pugnae quae quinto libro narratur, quarto libro inde a versu 422, nam alia ratio est prioris partis ejus libri, in quo de Pandaro legimus quomodo foedus violaverit. Narrationem autem continuari inde a versu 422 imprimis apparet e versu 439, ubi videmus Martem Trojanis adesse, Minervam Graecis: iidem autem dii adsunt praesentes *E* 29.

Verum diversa ratio est quarti libri usque ad versum 421, in quo de Pandaro omnia, ut supra ostendimus, aliquanto post addita sunt. Eadem autem causa est τῆς ἐπιπώλησεως, in qua semel iterumque respicitur foedus violatum, vs. 235 et 269. Praeter ea quae supra demonstravi, accedunt nunc alia, quae diversum auctorem prodere videntur. Sicuti *O* 36 Minerva prorsus obliviscitur injuriarum Achillis, sic *A* 16 Jovis simulatio non admodum speciosa est, cum dii omnes noverint, quid Thetidi pollicitus sit, *A* 556, cf. Groti Hist. Graec. II, p. 189, et in universum multa eorum quae in Iliade acta esse dicuntur in deorum conciliis, admodum absurda sunt et saepe poetam paulo minus vetustum liquido agnoscimus. Deinde vs. 40 et 52, quibus Heraclidarum in Peloponnesum reditus significatur, dicti sunt parum pro maiestate summi Jovis et vs. 35 respicitur iudicium Paridis, quae res alibi nusquam fortasse tangitur, nisi postremo libro qui aliquanto post additus fuit, vid. Nutzhorn. p. 221. Tum, quamquam hoc parum est ad causam obtinendam, absurda verba sunt vs. 82:

ἦ ὃ' αὐτὶς πόλεμος τε καὶ ζαχὸς καὶ φύλοπις αἰνὴ
ἔσσειται, ἦ φιλότητα μετ' ἀμφοτέροισι τίθησιν
Ζεὺς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται,

nam necessarium est alterumutrum utique fieri. Gravius est poetam vs. 95 non recordari, quod e *I* 453 constat, Trojanos Paridis nomen omnes perosos fuisse. Offendor denique vs. 140 et 149, ubi Menelai vulnus ὠτειλή dicitur.

Nobilia verba *ἔσσειται ἡμῶν πτέ.* leguntur vs. 164 sq., sed nunc mihi vide, quod apprime ad rem facit, eadem multo convenientius ab Ilectore pronunciari *Z* 447 sq. Itaque sequitur summa evidentia, poetam quarti libri sextum ante oculos habuisse. Itidem vs. 288—291, ubi Agamemnon declarat, utriusque Aiacis operam sufficere ad urbem evertendam, multo rectius de Nestore idem verbis tantum non iisdem asseverat *B* 371—374. Pariter qui vs. 319 verbo memoravit Ereuthalionem, jam norat descriptionem illius pugnae quam habuimus *H* 132—156. Deinde vs. 339, quod in eodem poeta mireris, Agamemnon plane immemor est beneficiorum, quae ab Ulysse accepit *B* 183 sqq. Denique de insidiis Tydeo structis vs. 370, tacere non potuisset, si eas jam cognovisset Minerva *E* 800.

Alia sunt quae in hac parte nostrae disputationis minus curamus. Hi at narratio vs. 221, nam non apparet, cur Trojani Graecos adorianentur. Adsentior iis qui demonstrare sunt conati, insiticios esse versus 171—182 et vs. 159 redire debet in *B* 311, unde male huc pedem intulit. Admirationem movet *A* 354 et *B* 260 Ulyssem Telemachi patrem dici, cuius tamen gloria ante scriptam Odysseam nulla esse potuit. Denique quod videmus vs. 147 Menelaum exuisse *τὰς κρημίδας*, quod primo obtutu incredibile videtur, conferendi sunt versus qui reperiuntur *H* 122 et 193, *I* 161, 114, 250, *A* 222.

§ 56.

Juvat examinare tertium librum ut videam, an sic confirmare possim quod supra posui. Primum videmus recte cohaerere *I* 14 cum *A* 422; fieri potest ut ex comparationibus, quae ibi plus quam decet cumulantur, una alterave eliminanda sit, et revera nonnullorum locorum duplex est quasi recensio, qua de re Laroehius dixerunt in libro de Hom. Text. p. 13 et Nitzschius *Sagenpoesie* p. 140 sqq., sed ad narrationis continuitatem nihil desideratur, nam utroque loco idem argumentum est et utrobique copiae educuntur in aciem. Sed inde a vs. 15 pleraque omnia in tertio libro cum reliquis libris parum conveniunt. Supra jam quaedam adnotavimus et merito miramur, Paridem quamquam sagittarium et levis armaturae pugnatores tamen *προμαχίζειν*: de Teucro nil simile usquam legitur. Ne scutum quidem habet et tamen fortissimum quemque Graecorum provocat ad pugnam; nihil enim proficimus, etiamsi cum Aristarcho vs. 19 sq. eiiciamus, nam Hector indignatur, quod frater certamen cum Menelao detractaverit, qui tamen *παρδαλέην ὄμοισιν* habebat *καὶ χαμπύλα τόξα*. Admodum iniqua sunt Hectoris convicia; sed ultro concedo nihil referre quam iniquus Hector fuerit: illud aliquanto magis ad rem erit observasse, Paride victo

et otiose domi latitante, postea Hectorem multo clementius loqui, Z 326. Sed Paris acerrima convicia non nimis aegre tulisse videtur et Hector ipse vs. 106 tacitus audit Menelai verba, quae etiam inertī homini stomachum movere potuissent.

Quod legitur vs. 300:

ὦδέ σφ' ἐγγέφαλος χαμάδις ῥέοι ὡς ὄδ' οἶνος,

indicio mihi est poetam quinti libri eam narrationis partem nondum cognovisse, nam de letali vulnere Pandari certe paulo probabiliora finxisset. Ferit Diomedes hostem:

ῥῖνα παρ' ὀφθαλμόν, λευκοῦς δ' ἐπέρησεν ὀδόντας.

At quomodo heros qui pedes pugnabat, Pandarum qui Aeneae curru vehebatur, sic vulnerare potuit? Quanto rectius Pandari ἐγγέφαλον fecisset χαμάδις ῥέοντα! Verum uti dixi, tertius liber quinto est recentior. Verum est quod observavit Benickenius in libro de Γ et Δ, p. 137.

Supra jam vidimus, non alibi certe Trojanos contemnere Paridem, qua de re Benickenius conferri poterit, qui in disputatione de nostro libro eam quaestionem attigit p. 152; sed conferat nunc quis vs. 330—338, qui desumpti sunt ex II 131—139. Utri versus sint antiquiores, demonstrat Γ 328, qui minus recte praeponitur.

In descriptione certaminis imitatur poeta septimum librum, nam Γ 348, 355—360 = II 259, 249—254, qua de re supra iam adnotavimus.

Minutum potest videri poetam vocabulum τέχνη usurpare, quo Iliadis partes paulo antiquiores carent, sed, quod gravius est, vs. 369, ubi Menelaus Paridis galeamprehendit, poeta plane obliviscitur, Paridem gladium habere, Menelaum, qui praeterea μαλθακὸς αἰχμητῆς esset, non habere. Sunt quoque admodum indecora Helenae verba ad Venerem, imprimis vs. 40> sq.:

ἀλλ' αἰεὶ περὶ ζεῖνον οἴζυε καὶ ἐφύλασσε,
εἰς ὃ κέ σ' ἢ ἄλοχον ποιήσεται ἢ ὄγε δούλην,

et quod Venus respondet vs. 416:

μὴ μ' ἔρεθε σχετλίη, μὴ χῶσαμένη σε μεθείω,
τῶς δέ σ' ἀπεχθήρω ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα,
μίσσω δ' ἀμφοτέρων μητίσομαι ἔχθει λυγρὰ,
Τρώων καὶ Δαναῶν, σὺ δέ κεν κακὸν οἶτιον ὀληαι,

sano sensu carent, quae vera est Frankii observatio. Est autem Helena revera *ζυνῶπις*, cum sic maritum alloquatur vs. 428:

ἤλυθες ἐκ πολέμου ὡς ὄφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι!

Si talibus moribus fuit, miror equidem senes, qui per viginti annos eam in urbe ferre potuerint et sunt multo magis decora adulterae verba quae leguntur *Z* 344, ubi Alexandrum excusat et se ipsam omnium malorum causam fuisse significat. Nihil autem in Helenae verbis inest, quo Paris respicere potest *Z* 337, cum dicat Helenam se fuisse adhortatam ut pugnam capesseret: imo dehortata fuerat *Γ* 434.

Notum est Lachmannum contendere tertio libro interpolatos esse locos omnes de Priamo et de Helena. Nihil eorum nunc me magno opere movere debet, nam quidni interpolationibus interpolationes superstrui potuerunt? Sed non mihi persuadeo, Lachmannum recte vidisse. Duo sunt potissimum argumenta quibus utitur. Quod vs. 106 de Priamo legitur eum *ipsum* spondere debere, cum postea in sponsione nullas partes sustineat, id contulerim cum vs. 324, ubi Hector solus facit quod supra fecisse dicebatur cum Ulysse et praeterea victo Alexandro Agamemnon quoque solus eventum pugnae renunciat vs. 455 nullaeque in renunciatione Trojanorum partes. Sed non premendum est illud *αὐτός* vs. 106, nisi quis forte primo libro premere velit: *ἑλὼν γὰρ ἔχει γέρας, αὐτὸς ἀπούρας*, quum tamen non Agamemnon ipse abduxerit Briseida. Quod attinet ad *τὰ ὄρκια*, de quibus Lachmannus quaerit sintne ea facta ante certamen an post, respondendum est, ante certamen factam fuisse *sponsionem*, quam *ὄρκίων* nomine satis novimus, vide *Γ* 245, 252, 280; post certamen *foedus* inire volebant: *φιλότιτα καὶ ὄρκια* *Γ* 73, 94, 256, 323, vel simpliciter *φιλότιτα* *Δ* 16, 84. Nihil est in ea re ambiguum aut incertum.

§ 57.

In secundo Iliadis libro offendor multis iisque admodum longis interpolationibus, de quibus nihil dicam nisi illud, plerosque omnes qui de hoc argumento quaesiverint, idem censuisse. Itaque verbum non addam ad demonstrandum interpolatos esse vs. 53—86, quibus *ἡ τῶν γερόντων βουλή* describitur, et praeterea satis apparet, utrumque copiarum catalogum aliunde huc esse invectum.

Minuta quaedam in secundo libro viri docti notarunt, quae ab reliquis libris discrepant. Est v. c. Eurybates *B* 184 et *τ* 247 praeco Ulyssis, contra *Δ* 320 et *I* 170 Agamemnonis. Secundum *B* 530 Ajax minor omnes Graecos *ἐγχείη ἐκέλασσο*, cuius rei poeta immemor fuit *Ψ* 886. Meges *B* 627 Dulichio venit, contra *N* 691 et *O* 519 Epeis praest. Secundum *B* 727 Medon supplet vicem Philoctetae absentis, secundum *N* 696 et *O* 335 Protesilai. Qui Ennomus *B* 860 interfectus esse dicitur ab Achille, eius fit nulla mentio in postrema Iliadis parte, sed Ennomus quidam ab Ulysse interficitur *Δ* 422. Equidem fateor me minutis eiusmodi observationibus, nisi alia accedant, parum aut nihil moveri et

graviora indicia requirere soleo, multum Benickenium miratus, qui talibus argumentis tantum tribuerit et, mirabile dictu, nescio quibus quinariis strophis in Catalogo fidem habeat. Me quidem iudice Bergkii prudentius judicare solet, cuius universam rationem etiamsi probare nequeam, plurima tamen in spisso libro insunt docte et acute disputata, quibus multum me profecisse sentio. Sed de Bergkii sententia de vera et antiqua forma Homericorum carminum, nunc non est dicendi locus. Satis est ad eum remittere lectores, ubi disputat de vs. 653—670, quibus versibus Rhodiorum copiae recensentur, quem locum supra jam laudabamus, quum quaerebamus de caede Tlepolemi, quae quinto libro narratur.

Sed verisimillimam esse iudico sententiam eorum qui arbitrantur Graecarum copiarum recensionem, cum auditoribus impense placeret, aliunde esse desumptam, tum quia solus inter omnes duces Protesilaus per decem annos occubuisse dicitur, tum propter versus 511, 611, 619 et 720, qui versus referri videntur ad recensionem copiarum quae Aulidem in portum convenerant: quae est Kammeri observatio in paucis acuta. Cum illa recensione postea conjungi potuit Trojanorum catalogus. Quae si probabuntur, interpolati videbuntur omnes loci, quibus Achillis ira memoratur. Cf. quoque Aug. Mommsenus in *Philologo* V, 522—527.

Omissis igitur interpolatis versibus reliqua inde a versu 483 satis bene cohaerent cum XIV versibus prioribus tertii libri, quibuscum supra conjunximus postremos versus libri quarti. Sicuti autem ea pars carminis quam tractavimus, conclusione caret, nam desinit *II* 309, ubi legimus post certamen Aiace et Hectorem rediisse ad suos, sic versus ceteroquin pulchri et nihilo deteriores quam reliqua pars operis, capite carent, nam, quod Lachmannus ostendit, secundus liber cum primo haudquaquam conjungi potest. Hodie temerarium fere foret ab ea sententia recedere velle, quam plerique probarunt, inter quos honoris causa Georgium Grotum nominabo, qui tamen in aliis Lachmanni rationes impugnat. Nunc igitur, quia magis est amica veritas quam quidquid est ubique doctorum virorum, Gerlachii, Bergkii, aliorum multorum auctoritates deserendae videntur. Extremo versu primi libri Jupiter obdormivisse dicitur, qui solus insomnis est *B* 2: novi equidem artes quibus haec in speciem quandam concordiae possint redigi; novi utrumque locum qui ex *Odyssea* laudari solet; novi ista omnia, inquam; sed adeo abhorreo ab omni contorta explicatione, ut nunc plane cum Lachmanno faciendum videatur, cuius pleraque omnia, quantumvis ingeniosa, mihi tamen non persuaserunt. Ceterum ipsa absentia Achillis liquido demonstrat, poctam secundi libri jam cognovisse primum; aliter enim vix facere potuisset, quin saepius diceret de Pelidae fortibus factis. Praeterea ipsum certamen Aiace et Hectoris necessario refertur ad tempus quo Achilles iratus procul a pugna sedebat in tentorio et canendo tempus fallebat. Qui addidit, summus tamen artifex, ut ampli-

ficaret Iliadem, initio vix habuit, quomodo novae pugnae initium narrando explicaret: inde illud parum feliciter inventum de somnio ab Jove misso, quo invento postea nusquam utitur; de Agamemnone qui parum pro regia maiestate decipitur, dum parat decipere alios; de consilio Jovis quod eventu prorsus caret et frustra fuit: nam, quod praecipue notandum, Graeci illo die minime rediguntur ad incitas nec quidquam proficitur ad Achillis ultionem, cf. Groti Hist. Gr. II, p. 184. Sit igitur nobis interpolatio ab *B* 1—*H* 309, cui interpolationi, quod ostendimus, cum aliae interpolationes superinductae fuerunt tum ea quae nunc tertio et quarto libro continentur usque ad vs. 422. Sequitur extrema pars septimi libri cum integro libro octavo, qui totus quantus est, postea additus est. Restat ut exploremus, qui versus cum primo libro jam possint conjungi, nam ea res nisi nobis successerit, Lachmanno, quantumvis nolueris, manus dandae erunt.

§ 58.

Quod Lachmannus de primo libro disputavit, id subtiliter inventum esse concedo, sed mihi quidem omnia quasi equino filo suspensa videntur, unde fit ut corruant, postquam unum ei telum surripueris. Equidem nihil veritus auctoritatem Lachmanni, quae apud populares eius tanta est quanta debet esse, non fugiam dicere quod sentio: falsum est id quod scribit de primo libro duos nacto interpolatores, qui continuarent. Paucissima carminis initio inesse video, quae interpolatorem prodere videntur. Primum, quod Lachmannus observavit, neque Junonem neque Minervam neque *δαίμονας ἄλλους*, *A* 222, ad Aethiopas esse profectos, ad quos tamen omnes dii sese contulerint, poetae errorem agnosco neque interpretando efficere studebo, ut vitium — si quidem vitium appellandum est — minus appareat. Verum non video quid proficiamus, etiamsi eam libri partem quae est de Thetidis cum filio congressu, interpolatori cuidam attribuamus. Quodsi enim ille peccavit, quod negari non potest, quidni idem ille peccare potuit qui priorem libri partem composuit? Sicuti in longo opere fas est obrepere somnum, sic in eo qui absolvere voluit carmen post vs. 348 imperfectum relictum, error haud minus mirabilis est quam in poeta ipso. Quin etiam negligentiam facilius condonaverim primo poetae, qui tales minutias non curaverit, quam interpolatori, qui singula examinare debuerit, ut prima cum postremis, h. e. alieni versus cum suo ipsius opere, rectissime cohaerent. Quia nemo mortalium ab omni errore liber est, non est poeta, apud quem tales dormitationes non invenire possis, quae tamen plerumque non observantur, quia, si quis forte observavit, ne putide diligens fuisse videatur, se vidisse dissimulat quod nihil conducatur ad immortalium operum pleniorum intelligentiam. De ea re Mistriotis conferatur,

p. 238. Si quis tamen cupit exempla videre poetarum dormitantium et locorum temporumque rationes negligentium, plurima de hoc genere congesta videbit apud Wagnerum Quaest. Virg. XL, Nitzsch. *in den Beiträgen*, p. 75, Duntzer. Diss. Hom., p. 35, Nutzhornium p. 104, Volkmannum p. 159, Jägerum in Fleckeisenii Annalibus XCVI p. 393, Groszium in eiusdem Annalibus XCVIII, p. 471, alios fortasse. Ante annos viginti matrona quaedam Americana fabulam conscripsit ut ostenderet servitatem quantum esset universo humano generi dedecus et flagitium: nacta est lectorum centena millia: quotusquisque tunc vidit — etiam ex iis qui tunc de Odyssea quaerebant, quamdiu Telemachus a patria afuerit, nam vitium est de genere eodem — quotusquisque igitur tunc vidit in opere quod omnium laudibus circumferebatur, temporum nullam plane habitam fuisse rationem? Sed contendit Lachmannus priscos mortales eo fuisse ingenio, ut in iis quae quasi oculis suis cernerent summam desiderarent diligentiam et commendat eorum *bestimmte Anschauung* quam appellat. Quia de priscis illis mortalibus aliunde nihil nobis innotuit, respondendum est, ex Homero abunde apparere eos tales discrepantias et repugnantias non magis curasse quam hodie pueri soleant, qui sola aurium voluptate omnia metiantur nihilque in fabulis ultra requirant. Denique si quis filum equinum quo Lachmannus confidit, rumpere velit, nam mea nihil interest, cum vetere quodam Grammatico vs. 424 *ἔπονται* legere poterit pro *ἔποντο*. Sed nescio quomodo Lachmanni auctoritas multis imposuit. Libellus v. c. est Benickenii de libro tertio et quarto Iliadis. Multa sunt in ea disputatione quae mihi minime persuasit vir doctus quidem sed paulo iracundior, si quis in Lachmanni placita jurare nolit. Hic igitur p. 30 de interpolatore ita dicit: *Ein solcher nur begierig scheinbare Lücken auszufüllen, lässt die genaue Uebereinstimmung in einzeln sich wenig kümmern, während der dichter eines liedes, der in einem angriff seine dichtung durchführt, genau auf alles zu achten nicht unterlässt*. Itaque et hic et alibi, v. c. p. 184, concedit ejusmodi negligentiam auditores fortasse fallere potuisse, nec tamen cadere in priscum poetam ipsum, quem *ἀναμάρτητον* fuisse fingit. Apponit etiam Curtii verba: *Widersprüche innerhalb eines von einem dichter ausgegangenen organischen ganzen, zumal wenn es ein so kleines ist, wie das erste buch, sind undenkbar*. Non video equidem quomodo ea ratio concludatur. Qui ita disputant, eos ad Kirchhoffium remittere placet, qui ostendere aggressus est, quae sit *die naive Weise alterthümlicher Religionsanschauung, deren Vorstellungen nothwendig unklarer und unbestimmter Art waren*, cf. Mus. Rhen. XV, p. 62. Copiosa est et docta Kammeri disputatio in praeclaro libro de Odyssea. Qui plura cupit, Friedlanderum adire poterit et Nitzschium *Sagenpoesie* p. 137 et *in den Beiträgen* p. 72 sqq.

Gravius vitium est vs. 493, quod tolli non poterit, sed excusandum

est. *Ἐξ τοιοῦ* referri non potest ad eum diem, quo Ulysses in castra rediit sed ad eum, quo Thetis filium suum convenit; nec tamen tantum inde efficiam ut vs. 430—492 de Ulyssis ad Chrysem itinere interpolatos esse credam: primum ne indicio admodum levi abuti videar ad late patentes suspiciones confirmandas, tum quia video in talibus Homeri propemodum nullam praecipuam curam fuisse et quis in poeta superstitionem requirat? Nolo urgere β 374 coll. cum δ 747, sed quid faciemus loco qui legitur κ 561? De Dolone ibi profitetur Ulysses:

τὸν τριςκαίδέκατον σκοπὸν εἴλομεν ἐγγύδι νηῶν,

neque vero ea nocte perierunt Trojani *tredecim*, sed *quatuordecim*. Nemini auctor sum ut eo versu utatur ad ostendendum Doloniam recentis fabricae esse; nam, ut hoc verum sit, quod nunc non disputo, opus tamen erit argumentis haud parum firmioribus et video esse hodie qui in hoc disputandi genere, quod tamen extra Germaniam paucos admiratores habet, ipsi suo se gladio jugulént.

Miror Lachmannum non disputavisse quo die pestis factus sit finis, propter vs. 313 et 457, cf. Nitzsch. *in den Beiträgen* p. 74, sed proderit nunc considerare Schol. B 48: *ἡ δε ἀνατολὴ αὐτὴ τρίτη καὶ εἰκοσὴ ἐστίν*. Si quidem decimo die contio habita fuit, si Dii die duodecimo post redierunt in Olympum, si Thetis die XXI^{mo} Jovem adiit, proelium quod describitur inde a secundo libro factum esse videbitur non die XXIII^{mo}, sed die XXII^{mo}. Novimus Aristonicum in laudato Scholio sequi Aristarchi, non Zenodoti rationem et nunc quoque Aristarchum incomparabilem criticum fuisse video, quamquam Aristonicus nesciat quomodo Aristarchus dierum rationem inierit. Sacerdotis precibus auditis venit Apollo *νυκτὶ εἰκώς*: itaque post solis occasum in agrum Trojanum descendit; itaque altero demum die pestis grassari coepit; itaque concio habita est non decimo die ab adventu sacerdotis in castra Graecorum, sed undecimo: unde apparet, quod recte vidit Aristarchus, B 48 auroram oriri non XXII^{am}, sed XXIII^{am}. Quod scribit Lachmannus vs. 317 Patroclum *Μενoitιάδην* dici, id perquam leve est. Vs. 7 Agamemnon dicitur *Ἀτρεΐδης* et vs. 19 Troja *Ἡριάμοιο πόλις*. Illud apparet omnes nosse quis esset *Μενoitιάδης*. Non omnes noverant Nestorem; inde additur quis fuerit vs. 247.

§ 59.

Si verum est quod supra ostendimus, interpolatos esse libros B—Θ, non potest negari eandem causam esse noni libri, in quo legimus quomodo legati ad Achil-

lem missi sint; primum enim absurdum foret, nonum librum cum primo conjungere velle, et praeterea mittitur ea legatio, magna clade accepta et Trojanis in campo tendentibus (vs. 2, 232). Novit igitur poeta noni libri octavum librum quem praecedentibus significavimus esse recentiorem. Hinc aut corruet tota nostra disputatio aut nonus liber crit ex iis partibus Iliadis, quae omnium postremae — octo tamen saeculis ante Christum, quod ubique tenendum — cum reliquo opere conjunctae sunt. Nunc intelligimus cur in sequentibus libris legatio ad Achillem raro memoretur nec fere nisi Σ 448—450, T' 140—148, 172—198 et 195, de quibus locis quid mihi videatur, infra ostendam. Illud nunc magis ad rem pertinet, alibi etiam hodie pellucere legationis ignorationem. Non norat poeta nonum librum, qui Achillem fecit dicentem A 610:

*νῦν οἶω περὶ γούνατ' ἐμὰ ζήσεσθαι Ἀχαιοῦς
λισσομένους· χρεῖὸν γὰρ ἰκάνεται οὐκέτ' ἀνεκτός.*

Non norat Nestor cum Patroclum moneret A 791:

*ταῦτ' εἶποις Ἀχιλῆϊ δαΐφροσι, αἶ κε πίθεται
τίς δ' οἶδ' εἶ κέν οἱ σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίναις.*

Nihil inaudiverat de legatione Neptunus qui N 115 ita milites alloquitur:

ἀλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον· ἀκεzaί τοι φρένες ἐσθλῶν.

Nec meminerat Achilles ipse II 72:

*τάχα κεν φεύγοντες ἐναύλους
πλήσειαν νεκύων, εἴ μοι κρείων Ἀγαμέμνων
ἦπια εἰδείη νῦν δὲ στρατὸν ἀμφιμάχονται.*

Superiore nocte spreverat scilicet splendida dona sponte oblata; nunc autem exclamat II 84:

*ὣς ἂν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κύδος ἄρῃαι
πρὸς πάντων Δαναῶν, ἀτὰρ οἱ περικαλλέα ζούρην
ἄψ ἀπονάσσωσιν, ποτὶ δ' ἀγλαὰ δῶρα πόρωσιν.*

Denique II 273 iterat Patroclus verba quae Achilles iam pronunciarat A 411:

*γῶν δὲ καὶ Ἀτρεΐδης εὐρυκρείων Ἀγαμέμνων
ἦν ἄτην ὄτ' ἄριζον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισεν.*

Verum tantum honorem Achilli Agamemnon habuerat, quantum maxime potuerat. Videmus igitur nonum librum certe libro undecimo, tertio decimo, sexto decimo, esse recentiorem, minimeque probo Nutzhornii iudicium p. 176.

Contra nono libro multi loci inveniuntur, quibus respiciuntur libri quos supra interpolatos esse defendi. Diomedis verba sunt ad Agamemnonem vs. 34:

ἀλλήν μὲν μοι πρῶτον ὠνειδίσας ἐν Δαναοῖσιν,

habet enim in animo quae rex exprobraverat *A* 370. Vs. 77 et 232 de Trojanis sermo est, in campo pernoctantibus, cf. *O* 560 sqq. Vs. 236 Jupiter fulguravisse dicitur, cf. *O* 75, 133. Quin et vs. 349 dicit Achilles, Graecos se inscio castra muro et fossa circumdedit, quibus verbis respicitur *H* 436.

Idem commonstrabunt versus haud satis apte aliunde in nonum librum translati. Agamemnonis v. c. oratio ad duces tanta quanta est, vs. 17–28, satis inepte translata est ex *B* 79, 111–118, 139–141 et risum movet nunc Agamemnonem serio uti verbis prorsus iisdem, quibus olim dolo; cuius rei consimile exemplum infra examinabimus *E* 65–81. Dicit Diomedes cum omnium plausu; vs. 50 et 51 qui sunt de ea re, translati sunt ex *H* 403 et 404. Quod autem idem Agamemnoni exprobrat ignaviam, id non satis convenit cum honorifico testimonio *H* 180 et quum pergit:

*οὕτω που μάλα ἔλπειαι νῆας Ἀχαιῶν
ἀπτολέμους τ' ἔμμεναι καὶ ἀνάγκιδας, ὡς ἀγορεύεις,*

orator non satis meminisse videtur eorum quae secundo libro describuntur.

Quod legimus vs. 14 sq. lacrimasse Agamemnonem, iisdem verbis *II* 3 sq. narratur lacrimasse Patroclus: hic autem multo aptius; nam plurimi ceciderant vel vulnerati fuerant; Agamemnon autem praecedenti die ne unum quidem ducem amiserat, necdum verum est quod queritur rex vs. 118:

ὡς νῦν τοῦτον ἔτισε, δάμασσε δὲ λαὸν Ἀχαιῶν.

Denique in utramque partem disputari potest de consilio quod pater Peleus dicitur impertivisse filio profecturo ad bellum, vs. 255; nam diversa sunt quae leguntur *A* 784, sed de ea quaestione infra videbimus: nunc autem conferri poterit Schol. *A* 767.

Contra versus 72 de vino quod e Thracia adportabatur, ostendit spurium esse *H* 470 et nota res est septimo libro adhaerere XIX versus admodum recentes. Nunc videmus nondum cognovisse eos poetam qui legationem cantavit.

Facile credo in nono libro inesse aliquot versus bonos et elegantes; attamen haud raro invenias quae displiceant. Non apparet v. c. utrum Agamemnon libri initio duces solos alloquatur an omnes milites: illud suadent vs. 11 et 17; hoc vs. 30, 50, 68. Mihi quidem duces tantum convenisse videntur, diversi illi a septem senibus qui *βουλευφόροι* vocantur, cf. vs. 70.

Vs. 639 nihil dicit Ajax de filia, quam Agamemnon Achilli obtulerat, nihil de urbibus quarum imperium pollicitus fuerat: verbo nihil memorat ultra septem virgines quas se daturum rex sponderat, nam quae fuerant *praecipua* et honoris plenissima in iis quae obtulerat Agamemnon, ea non recte indicantur vs. 639: *ἄλλα τε πόλλ' ἐπὶ τῆσι*, ut regia virgo tanquam cumulus accesserit. Revera in donorum catalogo omnem fidem superat poeta nec potuit Agamemnon dono dare urbium imperium quas ne tenebat quidem in ditione sua, quippe sitas in Peloponnesi parte prorsus diversa, quamquam fateor, praesertim a Franckenio et Herwerdeno admonitus, loci explicationem peti posse e *δ* 176. Multae nostro libro interpolationes insunt, sed luculento argumento efficitur postea fuisse additos vs. 135—156, qui versus iterantur vs. 277—298. Consequitur hinc interpolatum quoque esse quod Achilles respondet vs. 388—416 atque sic demum post vs. 387 recte sequitur vs. 417:

καὶ δ' ἂν τοῖς ἄλλοισιν ἐγὼ παραμυθησαίμην, κτε.

Neque omittendum est in iis verbis quae interpolata esse dixi, vs. 410 de vaticinio Thetidis circa duplex filii fatum non prorsus convenire cum ipsis deae verbis *A* 416—418. Ne hoc quidem apparet vs. 357, 429, 682 cur Achilles *ἄριον* proficisci velit. Qui nostrum librum composuit, non videtur recordatus fuisse non minus quindecim diebus ante Briscida ex tentorio abreptam fuisse, nec postea quidquam incidisse, cur nunc Achilles hoc consilium caperet. Alias difficultates Frankius notavit ad vs. 600 et 682. Denique in Phoenicis oratione omnia satis perplexe narrata de Meleagro, vs. 524—699, ab aliena manu mihi addita videntur et sunt fortasse eius generis alia.

Ceterum qui hunc librum addidit, addidit propter *A* 213. Docta et copiosa est de nostro libro adnotatio in Georgii Grotii Historia Gr. II, p. 179.

§ 60.

De decimo libro facile omnibus apparet, respici in eo octavum et nonum librum. Certa ea res est, nam haud semel memorantur *οἱ φύλακες*, qui nono demum libro constituti sunt, quamquam, fateor, *μετὰ τὴν πρεσβείαν* multa haud satis apte finguntur, v. c. vs. 107 Nestoris verba:

*εἰ κεν Ἀχιλλεύς
ἐκ χόλου ἀργαλείοιο μετασρέψῃ φίλον ἦτορ.*

Similes errores sunt vs. 447, nam unde novit Diomedes Dolonis nomen, et vs. 568, ubi poeta non recordatus fuisse videtur equorum Aeneae. Nisi observassem in

poeta huius libri eam inconsiderantiam, propter vs. 121, ubi queritur Agamemnon fratrem pugnam inire nolle, contenderem cum nondum cognoscere potuisse tertium librum, nunc credere malo, rhapsodiam paulo esse recentiore, sed poetam rerum antea narratarum parum fuisse memorem. Sic vs. 12 non intelligitur qui factum sit, ut murus non impediret prospectum in campum. Vs. 18 parum probabiliter fingitur, concilium ducum convocari qui modo dimissi essent. Vs. 199 parum apte desumptus est ex Θ 343, ubi locus diversus eodem modo indicatur. De equitatione denique supra jam vidimus quantum satis erat. Est tamen ubique tenendum quod vere dixit Nutzhornius p. 223: *Es ist jedenfalls kein ursprüngliches selbstständiges Gedicht, sondern mit besonderer Rücksicht auf den Platz in der fertigen Ilias verfasst, den er jetzt einnimmt.* Cf. Duntzeri Dissert. Hom. p. 305—325.

§ 61.

Nihil eorum quae hucusque examinavimus, cum primo libro recte conjungi potuit nec tamen Lachmannum secutus concedam constare Iliadem ex collectione carminum diversorum; plane agnosco omnia ubique referri ad iram Achillis et efficere conabor, dummodo potero, ut Ilias amplificata quidem videatur et tamen una. Scilicet, nisi egregie fallor, primus liber cum undecimo jungendus est. Quod post octavum librum prorsus inutiliter fit, id verisimiliter fingitur post librum primum:

Ζεύς δ' Ἐριδα προΐαλλε θοάς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν,

nam postquam a bello cessatum fuit per dies plus quam viginti, sic utrimque copiae instigabuntur ad proelium ineundum. Convenit quoque A 606:

οἱ μὲν κακκείοντες ἔβαν οἴκονδε ἕκαστος,

cum A 76:

*οἱ δ' ἄλλοι οὐ σφιν πάρεσαν θεοί, ἀλλὰ ἐκῆλοι
σφοῖσιν ἐνὶ μεγάροισι καθείατο.*

Nunc non dubitat Jupiter, vs. 192, qua ratione possit in honorem Achillis victoriam tribuere Trojanis; et si forte miraris deos sedere *ἐκῆλους* vs. 75, primum audita altercatione Junonis cum Jove quae primo libro narrata fuit, fieri potest ut non ausi fuerint sese pugnae immiscere. Ne quinto quidem libro hoc deabus impune fuit, quamquam Jupiter nondum disertis verbis eas a pugna abesse jusserat, nam vetat demum libro octavo. Si miraris deos pugnam non curare,

mirari quoque debes *E* 34, cur Minerva Jovis iram metuat. Adde quod in vetusta parte Iliadis *τερατολογίαι* sunt paulo rariores et dii parcius ad depugnandum descendunt, nam, quod semper licuit omnibus, nunc quoque fit et consiliis suis mortales adjuvant. Sed memini me supra dedita opera explicare, eam totius fabulae fuisse *ὑπόθεσιν*, statim ab initio, primo belli anno, Jovem vetuisse ne immortales cum mortalibus bella gererent. Sic fieri potuit, ut, quiescentibus Junone et Minerva, bellum per decem annos duceretur. Idem monstrabit, quem locum supra omisi laudare, *N* 525. Nec tantum dii mortalibus consilio prodesse possunt, sicuti Minerva Achilli profuit libro primo, sed licet quoque opem ferre et vitae periculum avertere. Sic quinto libro Vulcanus servavit Idaeum et undecimo libro vs. 437 Minerva Ulyssem.

Nunc igitur primum demittit Jupiter de coelo *τὴν Ἑριδα* primumque fit proelium in campo Trojano inter Graecos et Trojanos, qui antea, quamdiu Achilles pugnae intererat, urbe non excesserant. Nihil undecimo libro legitur aut legi potest de Trojanis, quomodo superiorem noctem in campo degerint. Nihil legitur aut legi potest de desperatione, quae post *τὴν κόλον μάχην* Graecorum animos invasit. Verbo nusquam quidquam respicitur eorum quae inde ab secundo libro usque ad decimum librum narrata sunt. Nec miramur tam accurate describi quomodo Agamemnon arma induerit, vs. 17 sqq.; utitur enim poeta prima quae se obtulit occasione, cf. Nitzsch. *Sagenpoesie* p. 80, 226 sqq. Indidem quoque fit ut vs. 57 enumerentur duces Trojanorum. Denique intra paucos versus vulnerantur celeberrimi duces, Agamemnon, Diomedes, Ulysses, Machaon, Eurypylos: quae res et ipsa ducit ad suspicionem, non admodum diductam reliquam narrationem fuisse earum rerum quae praeterea eo die factae sint, donec Patroclus opem ferret laborantibus. Si enim producta fuisset narratio per quinque libros, bonus poeta, rebus apte dispositis, intervalla adhibuisset, quibus summos duces vulneraret et e pugna reduceret.

Loci paralleli ducunt eodem. Conveniunt *A* 5—9 cum *Θ* 222—226; vel coecus videat, utro loco ea verba aptiora sint. Quae verba sunt Antimachi filiorum Agamemnoni supplicantium vs. 131—135, eadem quam parum recte Adrasto tribuantur *Z* 46—50 supra ostendimus. Necdum novit quintum librum poeta qui facit vs. 312 Diomedem ab Ulysse ex fuga retractum; verum *τὴν Λιομήδους ἀριστείαν* novit is qui *Θ* 93 Diomedem describit quomodo Ulyssem cohortetur.

Facile fieri potest ut sint nostro libro quaedam interpolata. Post Lachmannum de repugnantibus quibusdam tum alii egerunt, tum Ribbeckius in *Philologo* VIII p. 482 et Duntzerus in tertio Appendice *Annalium Fleckeisenii*, 1861. Nescitur v. c. quem locum in pugna Alexander teneat, qui primum in medio campo

Diomedem vulnerat, vs. 370; deinde Machaona in cornu sinistro vs. 505; denique Eurypylum vs. 581 iterum in medio campo: qua de re Nutzhornius dixit p. 106. Vs. 499 Hector pugnat in extremo cornu sinistro:

*τῆ ἤα μάλιζα
ἀνδρῶν πίπτε κάρηνα, βοῆ δ' ἄσβεστος ὀρώρει.*

mox sese confert in cornu dextrum, vs. 528:

*ἐνθα μάλιζα
ἐπῆες πεζοί τε κακὴν ἔριδα προβαλόντες,
ἀλλήλους ὀλέκουσι, βοῆ δ' ἄσβεστος ὀρωρεν.*

Alias quoque repugnantias non minus apertas fortasse notare potero, sed de singulis versibus interpolatis omitto dicere: id tantum significabo me doctis viris adsentiri qui ostendere aggressi sint interpolatos esse *A* 597—fin. Quidquid legitur de Patroclo ab Achille misso ut exploret quis Nestoris curru vehatur, originem prodit paulo minus vetustam. Cum alia hoc demonstrant, tum initium libri sexti decimi, ubi Patroclus non tantum non recordatur se ab Achille missum fuisse, ut videret quem Nestor curru suo veheret, sed etiam in vulneratorum ducum recensione, Diomedem nominat, Ulysssem, Agamemnonem, Eurypylum, verum Machaonis nomen reticet, hoc est eius propter quem dimissus fuerat. Sed Achilles intus cantabat *κλέα ἀνδρῶν* et libro sexto decimo demum tentorio egreditur ut pugnam adspiciat, *II* 255:

*ἔτι δ' ἠθελε θυμῷ
εἰσιδέειν Τρώων καὶ Ἀχαιῶν φύλοπιν αἰνῆν.*

neque animadvertit, quod nunciat Patroclus, Agamemnonem et Diomedem, qui tamen ex vulnere claudicabat, ex pugna recessisse, *II* 76. Nec debuit Achilles, conspecto Ulysse vel Diomede, amicorum calamitates nihil curare. Verumtamen ista extrema pars undecimi libri satis mature addita fuit; nondum enim novit interpolator *τὴν πρεσβείαν*, vide modo Achillis verba vs. 609:

νῦν δὲ πρὶ γούνατ' ἐμὰ ζήσεσθαι Ἀχαιοῦς.

Illud tamen haud ineleganter finxit quisquis finxit, Achillem solum Machaonem non agnoscere, qui scilicet curru veheretur *non suo*. Poeta autem vs. 660 sq. sumsit ex *II* 25 sq. ipsaque dissensio inter vs. 784, qui versiculus sumtus est ex *Z* 208 et *I* 254—258 monstrat id quod dixi vetustam admodum interpolationem esse, sexto tamen libro juniorem. Vituperandus tamen poeta qui vs. 642 Machaonis plane obliviscatur et vs. 654 nimis ridicule de Achille Patroclus tanquam de domino servus loquitur.

In longissima oratione Nestoris, vs. 656—803, non fero importunam loquacitatem et interpolatum locum postea interpolatione ditatum iudico, nam ab eo poeta qui multa concinne dixit in ea postrema parte undecimi libri, alienam esse suspicor contortam narrationem vs. 665—762, quam Augustus Mommsenus explicare conatus est in *Philologo VIII*, p. 721. Vid. quoque Nitzschius in *den Beiträgen* p. 160. Quod gloriatur v. c. Nestor se cepisse currus quinquaginta, vs. 748, quanto modestius talia tractantur a veteribus Homericis poetis! Pugnat quoque vs. 765 cum Σ 326.

Denique extremo libro conferendi versus sunt 794—803, cum *II* 36—45, ubi prorsus eadem leguntur. Apparet locum ex sexto decimo libro translatum esse in librum undecimum, non contra, nisi stultus fuerit Patroclus, cui omnia suggeri debuerint. Ne verum quidem est quod Nestor addit:

*ῥεῖα δέ κ' ἀκμήτες κεκμηότας ἀνδρας αὐτῇ
ᾠσαισθε προτὶ ἄστρ νειῶν ἄπο καὶ κλισιάων.*

Haec certa verba interpolator transscribere non debuit; nondum enim Trojani Graecorum castra invaserant.

§ 62.

Vidimus antiquissimam esse priorem partem libri undecimi usque ad vs. 597; sed cum ea parte antiquissima liber duodecimus conjungi non poterit. Quod supra significavi in castris Graecorum septem portas mihi fuisse videri, facit id quidem ad tollendas nonnullorum doctorum virorum dubitationes de huius libri origine et compositione, sed alia restant, quae prorsus prohibent, quominus eidem poetae assignes, qui superiorem librum cantaverit. Quod libri initio traditur, quomodo murus divinitus dirutus fuerit, id sane non urgebo; nos enim non offendimur, postquam intelleximus postmodo additos fuisse versus *H* 443 sqq. Octavo quidem libro Teucer vulneratur, qui tamen nostro libro fortissime pugnans Glaucum vulnerasse dicitur; sed ea quoque offensio evanuit nobis, quum viderimus ἐν τῇ πρώτῃ Ἰλιάδι octavo libro nullum fuisse locum. Denique vs. 292 nihil nos utique morari debet vulnus, quod Sarpedon accepit libro quinto, si quidem vere disputavimus, de Tlepolemo et Sarpedone περικοπήν interpolatam esse.

Sed ecce alia quae maioris momenti videntur. Primum quod vs. 35 Graeci repente intra munitiones recedunt, id facit ut narrationem hiare dixeris, nam nusquam undecimo libro Homerus lectorum animos ad talem Graecorum desperationem praeparavit. Sed multo etiam magis suspiciosum est, quod de Asio traditur inde a versu 108, nam primum ea pars narrationis exitu caret, deinde

continuatur demum *N* 384—393 et tamen infra videbimus non esse antiquissimum tertium decimum librum. Deinde Lapithas Homerus praeterea non novit. Denique minime intelligitur, quando porta clausa fuerit, quam Asius effringere conatus est. Sed caput rei est, duodecimum librum a libro tertio decimo neutiquam posse divelli. Quam verum hoc sit, statim examinabimus.

§ 63.

Non esse antiquissimum librum tertium decimum, statim cuivis apparebit, si ostendero tertium et quintum et octavum librum in eo respici. Scilicet traditur *E* 66, quomodo Meriones Trojanum quendam obtruncaverit:

*τὸν μὲν Μηριόνης ὅτε δὴ κατέμαρπτε διώκων,
βεβλήκει γλουτὸν κάτω δεξιόν· ἢ δὲ διαπρό
ἀντιζυὸν κατὰ κύσιν ὑπ' ὀσέον ἤλυθ' ἀκωκή.*

Audiamus nunc quomodo Pylaemenis filium interficiat idem ille Meriones *N* 650:

*Μηριόνης δ' ἀπιόντος ἔει χαλκήρε' ὀϊζόν
καί ῥ' ἔβαλε γλουτὸν κάτω δεξιόν· αὐτὰρ ὀϊζός
ἀντιζυὸν κατὰ κύσιν ὑπ' ὀσέον ἐξεπέρησεν.*

Luce clarius est alterum locum ex altero ductum esse; id tantum quaeri potest uter antiquior sit; verum ne hoc quidem difficile est ad existimandum, nam ineptum errorem erravit poeta libri tertii decimi: postquam enim pluribus narravit rediisse in tentorium Merionem ut hastam peteret, de quo loco supra quaedam observavimus, postquam descripsit hunc Merionem jaculantem vs. 567, nunc repente eum sagittarium facit, quem vs. 168 intelligimus eo certe die praeter hastam nullum aliud telum habuisse. Sed vide hujus poetae inconsiderantiam qui Pylaemenem fecerit filii funus comitantem, quem tamen jam interfectum legerat *E* 576. Multi de his versibus egerunt, inter quos Gerlachius conferri poterit in *Philologo* XXX, 26 et *Volkmannus* p. 63. Et nunc certe non est quod miremur poetam duodecimi libri immemorem fuisse vulneris quod Teucer acceperat libro octavo; inconsiderantiam enim eius quasi manu tenemus.

Respicitur tertius liber *N* 769:

Δύσπαρι, εἶδος ἄριζε, γυναιμανές, ἠπερομευτά!

nam ut Hectoris convicia tertio libro non nimis aequa videantur parumque digna fraterno amore, qui pellucet *Z* 521 sq., ferri tamen possunt et pedem referendo Alexander ostenderat ignaviam; verum eadem convicia libro tertio decimo iterum usurpata, indignationem movent, nam nulla prorsus causa erat, cur eo certe die

Hector fratri convicia faceret, qui et Diomedem et Machaonem et Eurypylum deinceps vulnerasset. Sapienter sane Paris respondet:

παρ δύναμιν δ' οὐκ ἔστι καὶ ἐσόμενον πολεμίζειν.

Sed octavus quoque liber respicitur; primum hoc apparet ex Polydamantis verbis vs. 745:

δεῖδω μὴ τὸ χθιζὸν ἀποσῆσονται Ἀχαιοὶ
χρεῖος.

Verum aliud quoque argumentum habeo. Legitur libro *decimo quinto* vs. 339:

Μηκισῆ δ' ἔλε Πουλυδάμας, Ἐχίον δὲ Πολίτης.

Horum nomina poeta octavi libri in suum usum convertit. Teucer vulneratur vs. 332:

τὸν μὲν ἔπειθ' ὑποδύντε δὺω ἐρίηρες ἑταῖροι
Μηκισεὺς Ἐχίοιο πάις καὶ διὸς Ἀλάζωρ
νῆας ἐπὶ γλαφυρᾶς φερέτην βαρέα ξενάχοντα.

De suo igitur addidit Echium Mecistei patrem fuisse, quod certe ignoravit is qui panxit librum decimum quintum, eodem temporis momento et patrem et filium occubuisse. Quid autem legimus *N* 421? Deiphobus graviter vulnerat Hypsenorem ἦπαρ ὑπὸ πρᾶπίδων, deinde:

τὸν μὲν ἔπειθ' ὑποδύντε δὺω ἐρίηρες ἑταῖροι
Μηκισεὺς Ἐχίοιο πάις καὶ διὸς Ἀλάζωρ
νῆας ἐπὶ γλαφυρᾶς φερέτην βαρέα ξενάχοντα.

Facillimum est videre uter locus alterius fons fuerit. Octavo libro Teucer vulneratur παρ' ὦμον et pugna effertur βαρέα ξενάχων verisimiliter hoc fictum est. Quid autem libro tertio decimo? De Deiphobo legimus:

ἀλλ' ἔβαλ' Ἰππασίδην Ὑψήνορα, ποιμένα λαῶν,
ἦπαρ ὑπὸ πρᾶπίδων, εἶθα δ' ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν.

Letale vulnus est, cf. *A* 579, ipseque Hypsenor continuo post mortuus est, quod monstrat *N* 447. Itaque triumphat Deiphobus et exsultat:

οὐ μὰν αὐτ' ἄτιτος κεῖτ' Ἄσιος, ἀλλὰ ἔφημι
εἰς Ἄιδός περ ἰόντα πυλάρταο κρατεροῖο
γηθήσειν κατὰ θυμόν, ἐπεὶ ῥά οἱ ὦπασα πομπόν.

Itaque Deiphobus de Hypsenore tanquam de mortuo loquitur, quem tamen audiebat βαρέα ξενάχοντα. Dabis mihi hoc non satis apte dispositum esse et duo-

rum poetarum eum esse antiquiorem qui versiculos loco suo posuerit, imitatorem autem eum qui eosdem aut perperam interpretatus sit aut parum convenienter rei naturae adhibuerit. Quam me delectat interpretatio quam animi causa describam: *Hypsenor war noch nicht todt, sondern nur schwer verwundet, so dass ihn Deiphobus für todt halten konnte.* Nimirum eum quem mortuum esse putabat, audiebat eiulantem. Sensit vitium Aristarchus qui vs. 423 *ξενάχοντε* scripsit nec tamen tres versiculos eiicere ausus est. Hoc tamen unicum remedium restat quod Herwerdenum cognovi commendare.

Imitatur poeta vs. 195 itidem *O* 329, quo loco utemur ubi pervenerimus ad librum quintum decimum. Memorantur ibi Stichius Bocotus et Menestheus Atheniensis: noster poeta utrumque Atheniensem facit. Contra, quod supra iam observavimus, vs. 825 sqq. perperam illati sunt in octavum librum vs. 538 sqq. Jam apparet, factum hoc non esse vitio poetae qui eum locum nondum cognoscere potuit, sed interpolatoris cuiusdam, qui fortasse multis saeculis post vixit. Res in aprico est.

Nunc inspiciamus, qui locus mihi admodum memorabilis videtur, vs. 115. Ipse Neptunus adhortatur copias Graecorum. Etiam si culpandus sit, inquit, Agamemnon, qui Achillem contumeliose tractaverit,

*ἡμίας γ' οὐ πως ἔξι μεθιέμεναι πολέμοιο·
ἀλλ' ἀκεώμεθα θᾶσσον ἀκεσαί τοι φρένες ἐσθλῶν.*

Aut fallor, aut qui haec scripsit, *τὴν πρεσβείαν* nondum cognorat. Est igitur liber tertius decimus nono antiquior.

Pauca mihi dicenda restant. Non urgebo, maiorem Graecorum desperationem describi nostro libro quam extremo libro duodecimo, vs. 88:

*τοὺς οἷ γ' εἰσορόωντες ὑπ' ὀφρύσι δάκρυα λείβον·
οὐ γὰρ ἔφραν φεύξεσθαι ὑπέκ κακοῦ.,*

nam poterit hoc utcumque excusari. Sed quantumvis pulchri versus sint de Neptuno per aequora vecto, nimis tamen ridiculum est, Jovem aversis oculis nihil horum animadvertere, vs. 7. Scilicet profecit poeta ex *II* 645. Sed utcumque ea de re existimabitur, stultum tamen est, dum Jupiter sedeat aversis oculis, eum ne audire quidem Neptunum vociferantem, *Ξ* 148:

*ὄσσον δ' ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι
ἀνέρες ἐν πολέμῳ.*

Nempe operae pretium erat, Junonem consopire maritum, qui oculis auribusque captus lapidis instar immotus sederet. Prudentior sane fuit qui eadem de Marte cantavit, *E* 860.

Ne poeta ipse sibi contradicat propter illa de Neptuno vs. 352 *λάθη ὑπεξαναδὺς πολιῆς ἀλός*, interpolatam esse crediderim pericopen vs. 345---360. Fatendum tamen est non ubique poetam tenere id quod deceat, nam longum Idomenei et Merionis colloquium, dum omnes trepidi sunt rerum suarum, ultra modum protrahitur, nec male certe Meriones vs. 292:

ἀλλ' ἄγε μηκέτι ταῦτα λεγόμεθα νηπίτιοι ὄς.

Videatur Nitzschius *Sagenpoesie* p. 276.

§ 64.

Planissime conjungitur liber quartus decimus cum libro tertio decimo: itaque quae de huius libri origine disputavimus, nunc examinando sequenti libro aut confirmari debent aut certe non infirmari. Ac statim ab initio videmus poetam cognovisse alteram partem undecimi libri, in quo Nestor Machaoni medetur; sed legationem ad Achillem nondum videre potuit, nec sequar ea in re Nutzhornii iudicium p. 177, qui contendit frustra jam legatos ad Achillem missos fuisse, quod in summa trepidatione Nestor vs. 21 hujus remedii non meminerit: scilicet quae dicenda erant jam Patroclo mandarant. Octavus liber autem respicitur vs. 47.

Plurima nostro libro insunt Homero indigna. Stulta est ducum deliberatio vs. 27—134 et imprimis post ea quae secundo libro narrantur, absurdum est Agamemnonis consilium, qui naves in mare deducere vult, ut sub noctem statim fugam capessant. Junonis auxilium prorsus est supervacaneum, dum Jupiter sedet in Ida aversis oculis immotus ut ne Neptunum quidem audiat vociferantem:

ὄσσον ἐννεάχιλοι ἐπίαχον ἢ δεκάχιλοι.

Neque opus erat incitare qui per se jam satis arderet pugnandi amore et tamen Somnus ab Junone missus vs. 362:

τὸν δ' ἔτι μᾶλλον ἀνῆκεν ἀμυνέμεναι Δαναοῖσιν.

Neque ea persona est quae probabiliter hoc munus sustinere queat et risum movet, maris dominum ab eo potissimum incitari ad pugnam, qui alibi mortales tardiores reldat. Imprimis noster poeta nunc vituperandus est, cum alibi allegorias minime fugiat statimque describat quid factum sit, dum Neptunus Graecorum animos inflammaret vs. 392:

ἐκλύσθη δὲ θάλασσα ποτὶ κλισίας τε νέας τε.

·Omnium autem ineptissimum est quod Graeci in extremo discrimine arma permutasse dicuntur, vs. 381:

*οἰχόμενοι δ' ἐπὶ πάντας ἀρήγια τεύχε' ἄμειβον.
ἔσθλα μὲν ἔσθλος ἔδυνε, χεῖρια δὲ χεῖρονι δόσζεν.*

·Quod de Neptuno legimus vs. 136 *παλαιῶ φωτι εἰοικῶς*, tale quid in *antiquis* Piadis libris, fortasse frustra quaeres, cf. Düntzer. Zenodot. p. 158, sed hoc potest minutum videri. Ostendimus supra quam parum apte ex octavo libro in librum tertium decimum transierit versiculus:

νῆας ἐπι γλαφυρᾶς φερέτην βαρέα ξενάχοντα.

·Simile quid legitur quoque Ξ 432 de Hectore, quem Aiax gravi lapide prostraverat. Quem hic audimus *βαρέα ξενάχοντα*, is tamen *ἐλιποψύχει*, brevi post enim gelida aqua adpersus, tum demum *ἀμπνύνθη καὶ ἀνίδραζεν ὄφθαλμοῖσιν* vs. 436. Hoc maxime modo facile est imitatores ubique deprehendere, nam qui versus apud Homerum saepius ponuntur, iidem plerumque semel tantum satis apte adhibentur. Admirabile est, viros doctos ad eam rem nondum satis attendisse videri:

Unus difficilis locus superest. Legitur Ξ 514:

*Φάλλην δ' Ἀντίλοχος καὶ Μέριμερον ἐξενάριξεν·
Μηριόνης δὲ Μόρυν τε καὶ Ἴπποτίωνα κατέκτα.*

·Jam superiore libro vs. 791 recenset poeta quosdam Trojanorum duces:

*Φάλλην Ὀρθαϊόν τε καὶ ἀντίθεον Πολυφῆτην
Πάλμυν τ' Ἀσζάνιόν τε Μόρυν θ' υἱ' Ἴπποτίωνος,
οἳ ὅ' ἐξ Ἀσζανίης ἐριβόλακος ἦλθον ἀμοιβοί
ἠοὶ τῇ προτέρῃ τότε δὲ Ζεὺς ὤρσε μάχεσθαι.*

·Priore loco mirum est non addere poetam quod tamen perquam memorabile, Merionem uno temporis momento patrem cum filio interfecisse. Altero loco Ascanius legitur superiore die demum Trojam adventasse, quem tamen Ascanium Phrygum regem jam novimus ex Trojanorum catalogo, *B* 862. Ne hoc quidem satis apparet *N* 791 interfueritne pugnae Hippotion et cur eo loco de uno solo duce tradatur quo nomine pater fuerit. Omnibus difficultatibus occurremus, si rescripserimus:

Πάλμυν τ' Ἀσζάνιόν τε Μόρυν τε καὶ Ἴπποτίωνα.

·Quodsi forte homini nomen fuit *Μόρυνος Μόρυνθος*, emendatio etiam faciliore

ratione institui poterit, sed videmus hos duos solos ἀμοιβούς Trojam venisse neque ad Ascanium eam rem quidquam pertinere.

Multa sunt Bergkii acute disputata et gratus agnosco, quantum illi debeam, quamquam in plerisque diversam viam constitui tenere. Est tamen subinde sui ipsius dissimilis et dum acumen ingenii vult ostentare, delabitur interdum ad ineptias. In iis quae v. c. scripsit de hoc libro, quaedam sunt quae magno opere probo, sed ecce p. 611 mirificam adnotationem de versu Ξ 230:

Ἀῆμον δ' εἰσαρίκανε, πόλιν Θείοιο Θόαντος.

Vielleicht war es der vortreffliche Wein von Lemnos, der bei dem Dichter in gutem Andenken stand und ihn veranlasste, die Insel nach Kräften im Homerischen Epos zu verherrlichen! Hoc est igitur illud, quod apud Horatium dicitur: Laudibus arguitur vini vinosus Homerus. Prudentius Nitzschius judicat in den Beiträgen p. 323.

§ 65.

Oritur difficilis quaestio de origine libri quinti decimi. Videmus quidem in universum cohaerere initium cum iis quae superiore libro narrata sunt, sed insunt antiquissimi quoque versus, quos conjunxerim cum Α 596: nempe O 306—366 et 674—fin. Multa tamen manent obscura. Non habeo verbi causa, quid dicam de versibus quibusdam, qui interpolati esse dicuntur. Est longa oratio Jovis ad uxorem, in qua Aristarchus jam ejecit vs. 56—77; multa enim discrepant ab iis quae in postremis libris traduntur. Minime Graeci consternati pedem umquam retulerunt ad naves Achillis, quod Juppiter praedicit fore vs. 64. Deinde, inquit:

*ἐξ τοῦ δ' ἂν τοι ἔπειτα παλίωξιν παρὰ νηῶν
αἰὲν ἐγὼ τεύχοιμι διαμπερές, εἰς ὃ κ' Ἀχαιοὶ
Ἴλιον αἰπὺ ἔλοιεν Ἀθηναίης διὰ βουλᾶς.*

Exstat varia lectio Ἴλιον ἐκπέρωσιν, qua liberamur inaudita nominis forma τὸ Ἴλιον sed quod ipsum vaticinium non convenit cum iis, quae reapse postea acciderunt, suadet hoc ut sumamus non omnia eidem poetae tribuenda esse, nec faciam cum Nutzhornio p. 263; sed si quidem libri MNΞ cum maiore parte libri sequentis interpolatori cuidam assignandi sunt, qui cruore et caede delectabatur et pugnae descriptionem ampliare voluit, non video quidni huius poetae error possit haberi, in quem talis incogitantia tam bene cadat quam in quemvis alium. Eadem propemodum ratio est verborum Neptuni ad Iridem vs. 212—217,

in quibus respici videtur longe recentissimus vicesimus liber. Sed imprimis stulta sunt Jovis verba vs. 231—235; alloquitur Apollinem:

*τόφρα γὰρ οὖν οἱ ἔγειρε μένος μέγα, ὄφρ' ἂν Ἀχαιοὶ
φεύγοντες νῆάς τε καὶ Ἑλλήσποντον ἴκωνται.
Κεῖθεν αὐτὸς ἐγὼ φράσσομαι ἔργον τε ἔπος τε,
ὥς κε καὶ αὐτὶς Ἀχαιοὶ ἀναπνεύσωσι πόνοιο.*

Delectatur poeta istiusmodi praedictionibus, quarum itidem exemplum habemus vs. 601:

*τὸ γὰρ μένε μητιέτα Ζεὺς
νηὸς καιομένης σέλας ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι
ἐκ γὰρ δὴ τοῦ ἔμελλε παλιώξιν παρὰ νηῶν
Θησέμεναι Τρώων, Δαναοῖσι δὲ κῦδος ὀρέξαι.*

Faciemus quod tutissimum est et his locis ad causam nostram obtinendam non utemur. Jam si liber quintus decimus, exceptis versibus quos dixi, cum tribus superioribus conjungi debet, quam verum hoc sit, apparere oportebit ex iis locis qui ex antiquioribus libris huc translati sunt. Atqui vs. 263 nobilis comparatio Hectoris cum equo ducta est, quod plurimi consentiunt, ex extremo sexto libro, non antiquissimo quidem, sed antiquo tamen. Contra vs. 347 sqq., quos versus supra significavi antiquissimos esse, Hector cadavera imperat ne spolientur,

*νηυσὶν ἐπισσεύεσθαι, εἴαν δ' ἔναρα βροτόεντα
ὄν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε νεῶν ἐτέρωθεν νοήσω
αὐτοῦ οἱ θάνατον μητίσομαι.*

Atque hinc poeta sexti libri idem consilium Nestori tribuit, vs. 68—71, nec tamen quisquam paret. Quod conveniunt vs. 314—317 cum *A* 571—574 in neutram partem trahendum est, nam credibile est altero utro loco versus interpolatos esse.

Ceterum noster poeta plurima non satis verisimiliter disposuit. Post *Ξ* 379 nihil praeterea audimus de Agamemnone, Diomede et Ulysse et peracta stolidi illa armorum permutatione prorsus ex oculis nostris evanescunt; ne in summo quidem discrimine voce et verbis milites adhortantur. Abest etiam Nestor, quem *Ξ* 135 cum iis reliqueramus. Ut autem altum est de tribus ducibus silentium, sic bis nostro libro quinto decimo Nestorem offendimus. Posteriore loco, vs. 659, milites adhortatur ut strenue rem gerant; notum autem est, quanto opere languidi versus Lachmanno displicuerint. Prior locus, inde a versu 370, mihi nimium ineptus videtur. Precatur senex Jovem, ut perniciem a Graecis avertat.

Annuit Juppiter Tonans, ἀράων αἴων Νηληϊάδαο γεροντος. Verum quo eventu? Inspice vs. 379:

Τρῶες δ' ὡς ἐπύθοντο Διὸς κτύπον αἰγιόχοιο
μαῖλλον ἐπ' Ἀργείοισι θόρον.

Undenam igitur apparuit Jovem Nestoris precibus annuisse?

Quod significavi vetustissimos versus videri 306—366, hoc supra jam confirmavimus, cum nobis appareret *O* 329 obversatum fuisse poetae cui debetur *N* 195 et *O* 339 antiquiorem esse versum quam *O* 333. Sed in reliquis versibus recentioribus digna est quae notetur hiulca compositio. Legimus v. c. de Trojanis vs. 653: εἰσωποὶ δ' ἐγένοντο νεῶν, at vs. 385 jam habueramus: ἐπὶ πρύμνησι μάχοντο et vs. 416 prolepsis est, opinor, in hisce: τῷ δὲ μιῆς περὶ νηὸς ἔχον πόνον. Genuini et antiqui versus sunt 677 sq.:

νόμα δὲ ξυζὸν μέγα ναύμαχον ἐν παλάμῃσιν
κολλητὸν βλήτροισι, δυοκαιεικοσίπηχυν.

Sed hinc profecit poeta, cum caneret vs. 388, quum nondum essent εἰσωποὶ νεῶν:

οἱ δ' ἀπὸ νηῶν ὑψι μελαινάων ἐπιβάντες
μακροῖσι ξυζοῖσι, τὰ ῥά σφ' ἐπὶ νηυσὶν ἔκειτο
ναύμαχα κολλήεντα, κατὰ ζῶμα εἰμένα χαλκῷ.

Itidem *O* 515 ductus est ex *P* 306 et de *O* 467 cur illatus videatur ex *II* 120, infra dicam.

Sed prae ceteris digni sunt, ad quos attendamus vs. 390—404, ubi Patroclus Eurypylo valedicit:

Πάτροκλος δ' εἶως μὲν Ἀχαιοὶ τε Τρῶές τε
τείχεος ἀμφεμάχοντο θοάων ἔκτοθι νηῶν, κτέ.

Luce clarius est eos versus compositos esse ab eo, qui colloquio inter Nestorem et Patroclum librum undecimum ditaverit, ut sic Patroclum ex Eurypyli tentorio domum reduceret et narratio deveniret ad librum sextum decimum. Quod autem supra ostendimus, voluimus certe ostendere, eum poetam nondum cognovisse libros *MNΞ* et sequentis libri partem potiorem: id nunc planissime confirmatur. Trojani in nostra utique Iliade *bis* castris Graecorum potiuntur et vallum transgrediuntur. Hodie creditur Patroclus apud Eurypylum otiosus remansisse, donec altera vice Trojani munitiones perrumperent. Apparet autem, continuo eum ad amicum proficisci debuisse, postquam Hector portam effregisset, quod extremo duodecimo libro narratur. Cf. Duntzer. Dissert. Homer. p. 79 et Nitzschium miror, qui in *den Beiträgen* p. 86 conatur interpretando mitigare, quod non

potest negare. Sed poeta ille non norat nisi *unicam* illam castrorum expugnationem, quum quinto decimo libro jussu Jovis Apollo viam Trojanis diruto vallo patefaceret: itaque simpliciter dixit, quod vidimus:

*εἰως μὲν Ἀχαιοὶ τε Τρῳῆς τε
τείχεος ἀμφομάχοντο θοάων ἔκτοθι νηῶν.*

Qui Iliadem ampliavit, versus intercalavit loco non suo. Videtur hoc mihi in paucis esse certissimum.

§ 66.

Nunc primum videndum est an examinatione vetustissimi libri sexti decimi confirmare possimus quae demonstravimus. Itaque quia interpolatori reddidimus alteram partem libri undecimi, neque Achilles amicum suum dimisit ut videret quis Nestoris curru veheretur, neque Patroclus quidquam de Machaone renunciat, quem ne nominat quidem in vulneratorum ducum enumeratione. Non magis Patroclus excusat absentiam suam apud *δεινὸν ἄνδρα*, qui *τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο*, neque narrat quomodo Eurypyli curatione retardatus fuerit. Deinde interpolationibus factum est ut ne ista quidem vera essent:

*οἱ μὲν γὰρ δὴ πάντες, ὅσοι πάρος ἦσαν ἄριστοι,
ἐν νηυσὶν κέεται βεβλημένοι οὐτάμενοι τε.
βέβληται μὲν Τυδείδης κρατερὸς Διομήδης,
οὐτάσαι δ' Ὀδυσσεὺς δουρικλυτὸς ἠδ' Ἀγαμέμνων,
βέβληται δὲ καὶ Εὐρύπυλος κατὰ μηρὸν δισσῶ.
τοὺς μὲν τ' ἱητροὶ πολυφάρμακοι ἀμυρίπνονται.,*

nam secundum poetam libri quarti decimi nemo horum otiosus sedebat apud naves, sed Agamemnon, Ulysses et Diomedes relictis tentoriis suis jam consilio cum Nestore habito militibus imperarant ut arma permutarent. Quodsi autem medici eos curarunt, qua de re supra nihil legitur, Eurypylum certe Patroclus curarat. Cadit igitur illud quoque, quod nonnulli disputant, ante initium nostri libri jam *κατὰ τὸ σιωπώμενον* Patroclum retulisse quae comperisset.

Etiam nonus liber neque respicitur neque secundum nostram rationem respici potest. Quodsi legatio jam missa fuisset, non potuisset satis probabiliter Achilles dicere, vs. 71:

*τάχα κεν φεύγοντες ἐναύλους
πλήσειαν νεύων, εἴ μοι κρείων Ἀγαμέμνων
ἦπια εἶδείη.,*

ubi optativus modus non negligendus est. Deinde stulta propemodum forent ad Patroclum verba, vs. 84:

*ὥς ἂν μοι τιμὴν μεγάλην καὶ κῦδος ἄρῃαι
πρὸς πάντων Δαναῶν, ἀτὰρ οἱ περικαλλέα κούρην
ἄψ ἀπονάσσωσιν, ποτὶ δ' ἄγλαὰ δῶρα πόρωσιν.*

Praeterea ne verbulum quidem unum de profectioe in Graeciam, quam Achilles secundum poetam noni libri in hunc ipsum diem destinarat. Nam urgere nolim vs. 273 et 274, qui nisi fallor, ex *A* 411 et 412 male huc sese insinuarunt.

Haec si vera videbuntur, necessario insiticii erunt versus 56—63. Primum prorsus supervacaneum est narrare quod sciunt omnes:

*κούρην ἦν ἄρα μοι γέρας ἔξελον νῆες Ἀχαιῶν,
δοῦρι δ' ἐμῷ κτεάτισσα, πόλιν εὐτείχεα πέρσας,
τὴν ἄψ ἐκ χειρῶν ἔλετο κρείων Ἀγαμέμνων
Ἀτρείδης, ὡς εἴ τιν' ἀτίμητον μετανάσῃην.*

Scilicet postremus versiculus huc translatus est ex *I* 648 et in reliquis quae statim sequuntur itidem nonus liber respicitur:

*ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν· οὐδ' ἄρα πως ἦν
ἀσπερχές κεχολῶσθαι ἐνὶ φρεσίν· ἦτοι ἔφην γε
οὐ πρὶν μνηστῆρον καταπαυσέμεν, ἀλλ' ὅπότε ἂν δὴ
νῆας ἐμὰς ἀφίκηται αὐτῆ τε πτόλεμός τε.*

Quanto tamen rectius est illud quod nono libro dicitur vs. 650:

οὐ γὰρ πρὶν πολέμοιο μεδήσομαι αἱματόεντος,

quam nostro loco *μνηστῆρον καταπαύσω*, quasi Achille iudice ira esset *ἐκ τῶν ἐφ' ἡμῖν*.

Sequitur nostrum librum respici debere locis quibusdam, quos paulo recentiores esse diximus. Recte de Aiace legimus quo animo fuerit fracta cuspide, vs. 119:

*γνώ δ' Αἴας κατὰ θυμὸν ἀμύμονα ῥίγησέν τε,
ἔργα θεῶν, ὃ ῥα πάγχυ μάχης ἐπὶ μῆδεα κείρειν
Ζεὺς ὑψιβρεμέτης.*

Hoc Homero dignum est, nam solus supererat Aiax qui Trojanos ab navibus arceret: verum nunc confer *O* 467, ubi Teucer exclamat, cuius arcum Hector confregit:

*ὦ πόποι, ἦ δὴ πάγχυ μάχης ἐπὶ μῆδεα κείρει
δαίμων ἡμετέρης, ὃ τέ μοι βῖδον ἔκβαλε χειρός
νευρὴν δ' ἐξέρρηξε νεόσροφον.*

Jactura tanti non erat et cum Sophocle dixeris: ὁ τοξότης εἴκειν οὐ σμικρὸν φρονεῖν.

Invocat Musas poeta vs. 112, ut memorent quis primus Protesilai navem incenderit; parum apte locum imitatus est qui scripsit Ξ 508. Rogat ibi poeta Musas ut dicant, quis Graecorum inclinata acie omnium primus spolia reportaverit: tum sequitur nihil nisi illud:

*Αἴας ῥα πρῶτος Τελαμώνιος ὕρτιον οὔτα
Γυρτιάδην, Μυσῶν ἡγήτορα καρτεροθύμων.*

Musae non rite vocatae videntur, nam summa est poetae jejunitas. At quanto elegantius et copiosius libro sexto decimo narratur, ut Ajax ab proposita re desistere debuerit.

Pulcherrimi versus sunt libro tertio decimo, ubi legimus, quomodo Graeci ordines instruxerint, vs. 130:

*φράξαντες δόρυ δουρί, σάκος σάκει προθελύμνω.
ἀσπίς ἄρ' ἀσπίδ' ἐρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.
ψαῦον δ' ἰππόζομοι κόρυθες λαμπροῖσι φάλοισιν
νεόντων ὧς πυκνὸν ἐφίσασαν ἀλληλοισιν.*

Quodsi tamen miraris primum versum, cuius minime est expedita ratio, sciendum est locum desumptum esse ex II 215—217, sed omisso primo versu, ibi praeponuntur ista:

*ὧς δ' ὅτε τοῖχον ἀνήρ ἀράρη πυρινοῖσι λίθοισιν
δωματος ὑψηλοῖο, βίας ἀνέμων ἀλεείνων,
ὧς ἄραρον κόρυθές τε καὶ ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι.*

Vs. 481 Patroclus Sarpedonem vulnerat:

ἐνθ' ἄρα τε φρένες ἔρχεται ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ.

Sarpedon celsae populi instar cadit et prosternitur βεβρυχῶς. Magnifici versus sunt, qui totidem verbis leguntur quoque N 389—393 de Asio quem Idomeneus obtruncavit. Uter locus antiquior sit, facile est ad existimandum. Idomeneus enim hostem percussit λαιμὸν ὑπ' ἀνδρεῶνα itaque jacere non potuit Asius βεβρυχῶς, quod consentiet poeta ipse propter X 329.

Omitto dicere post initium tertii decimi libri vix serio nostrum poetam dicere potuisse vs. 645:

*οὐδέ ποτε Ζεὺς
τρέψεν ἀπὸ κρατερῆς ὑσμίνης ὄσσε φαιινώ,*

neque habeo dicere quid sentiendum sit de *II* 741 collato cum *N* 617; sed constat *II* 299 et 300 perperam fuisse illatos in *Θ* 557 et 558 et quod nostro libro caeditur Hectoris auriga, id bis translatum fuit in octavum librum, nam interpolationibus factum est ut saepe in Iliade bis terve eadem fiant et Hector ipse, ut hoc utar, ter vulneratur, ab Aiace bis a Diomede semel.

Quod de Merione legitur vs. 343:

νύξ' ἱππων ἐπιβησόμενον κατὰ δεξιὸν ὦμον,

idem Idomeneus fecisse traditur *E* 46 et Phegeus *E* 16—18 jaculatur prorsus eodem eventu quo Sarpedon *II* 478—480. Denique conveniunt *II* 605 et *E* 78. Melius certe *II* 343 quam *E* 46, quod exspectari potuerat. Vide de hoc loco Herwerdenum in Actis Acad. Reg. 1875, V, p. 120.

Quod videmus Glaucum vulneratum esse, id ipsum supra narratum fuit *M* 387, sed versus 296 male adscriptus fuit, quum recte scribatur *M* 471: interpolationem arguit repetitum vocabulum *δμαδος*:

*τοὶ δ' ἐρόβηθεν
Τρῶες θεσπεσίῳ ὀμάδῳ Λαῖνοι δ' ἐπέχυντο.
[νήας ἀνὰ γλαφυράς δμαδος δ' ἀλίαςος ἐτύχθη].*

Itidem *II* 283 multo melius legitur *Ξ* 507.

Quaestio insolubilis est de versu 558:

κεῖται ἀνήρ ὃς πρῶτος ἐσήλατο τεῖχος Ἀχαιῶν,

quum supra legamus non Sarpedonem sed Hectorem portam effregisse, cf. Nitzsch. *Sagenpoesie* p. 284 et in *den Beiträgen* p. 387. Equidem quid statuam incertus haereo: potero quidem eicere *II* 558—561; sed nimis violenta ea ratio est et praeterea non minus miror quae de Glauci vulnere poeta habet, si quidem liber duodecimus antiquissimus non est. Sed versus 777—782, qui aperte pugnant cum *A* 86 sq., equidem interpolatos existimo: tacetur quidem quem exitum habuerit pugna de Cebrionis cadavere, sed idem quoque in Sarpedone observare licet, cf. Schol. *P* 163. Itidem necessario expungendi erunt molesti versus 367—371, neque sane intelligitur quomodo fossa pedites retinere potuerit, cum Hectoreis equis iter patuerit; sed gravior oritur quaestio de ratione qua P'atrocclus cecidit. Qui enim fieri potuit ut Hector ei arma detraheret si quidem ante Apollo eum jam spoliasset? Legitur tamen *P* 125:

Ἐξίτω μὲν Πάτροκλον ἐπεὶ κλυτὰ τεύχε' ἀπήρα,

alibique haud raro in eandem sententiam. Scilicet liber sextus decimus interpo-

latus est, quod ut appareat, considerandi versus sunt, quos describam. Apollo ferit Patroclum et galeam deiicit, vs. 791:

ση δ' ὀπιθε, πληξεν δὲ μετάφρενον εὐρέε τ' ὦμω
 χειρὶ καταπρηγεῖ, σρεφεδίνηθεν δὲ οἱ ὄσσε.
 τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κρατὸς κινέην βάλε Φοῖβος Ἀπόλλων·
 ἢ δὲ κυλινδομένη καναχὴν ἔχε ποσσὶν ὑφ' ἵππων
 αὐλῶπις τρυφάλεια, μιάνησαν δὲ ἔθειραι
 αἵματι καὶ κονίησι Πάρος γε μὲν οὐ θέμις ἦεν
 ἵπποκομον πήληκα μαινεσθαι κονίησιν,
 ἀλλ' ἀνδρὸς θείοιο κάρη χαρίεν τε μέτωπον
 ῥύετ' Ἀχιλλῆος· τότε δὲ Ζεὺς ἔειπε δῶκεν.

Haec quidem magnifice, sed jam sequuntur interpolati versus:

ἢ κεφαλῇ φορέειν, σχεδόθεν δὲ οἱ ἦεν ὄλεθρος.
 πᾶν δὲ οἱ ἐν χεῖρεσσι ἄγη δολιχόσκιον ἔγχος,
 βριθὺ μέγα σιβαρὸν κεκορυθμένον· αὐτὰρ ἀπ' ὦμων
 ἀσπίς σὺν τελαμῶνι χαμαὶ πέσε τερμύοεσσα,
 λῦσε δὲ οἱ θῶρηκα ἀναξ Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων.

Primum ne verum quidem est, quod infra ostendemus, secundum vetustum vatem Hectorem Achilles arma induisse; deinde minime apparet quid factum sit de Patrocli gladio. Lorica ne solvi quidem potuit, nisi prius gladio detracto. Reliqua autem genuina:

τὸν δ' ἄτη φρένας εἶλε, λύθεν δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα, et

quae sequuntur. Euphorbus vulnerat Patroclum γυμνόν, vs. 815; erat enim capite nudo. Deinde recedit θεοῦ πληγῇ καὶ δουρὶ δαμασθεῖς; nam praeter colaphum quem inflixerat ut Patrocli caput nudaret, nil quidquam praeterea Apollo egerat. Nunc etiam memini quum adolescentulus prima vice Homerum perlegerem, quantum mihi displiceret poeta qui duos adhiberet, Euphorbum et Hectorem, ut Patroclum nudum et inermem jugularet. Sed Patroclus etiamnunc armatus erat; inde Euphorbus:

οὐδ' ὑπέμεινεν

Πάτροκλον γυμνόν περ ἔόντ' ἐν δηϊοτήτι., cf. Φ 50,

quod absurdum erit nisi eiicias versus quos dixi. Nec rusticus qui nudus arat vel serit omne vestimentum deposuit et bellator γυμνὸς non plane inermis est. Quanta autem in Hectore feritas, si hominem inermem cominus vulneravit νεῖατον ἐς κενεῶνα. Denique accedit, quo res conficitur, ne potuit quidem dici de

inermi homine, vs. 822, ΔΟΥΙΠΗΣΕΝ δὲ πεσών. Vide modo si forte dubitas, Aristarchi observationem. Nec certe παρακολουθήσαι potuisset φόρος ἐκ τῶν ὀπλων, si arma Patroclo detracta fuissent, quamquam nescius non sum eorum quae leguntur χ 93.

Hinc summa evidentia efficitur in Patrocli moribundi verbis insiticios esse versus 846—850. Id certe neutiquam verum est quod dicit, arma sibi Jovem cum Apolline detraxisse: αὐτοὶ γὰρ ἀπ' ὤμων τεύχε' ἔλοντο. Certam rem esse si nondum evicero, videbimus alia quaedam quae huc faciunt, ubi disputatio nostra ad idem argumentum redierit. Cf. Lachmannum p. 74. Apud Arctinum quoque ὁ Ἀχιλλεύς ἐπὸ Παρίδος ἀναιρεῖται καὶ Ἀπόλλωνος: scilicet perpetuo is Homerum imitatur.

§ 67.

Iliadis liber septimus decimus, quo continuantur quae poeta superiore libro narrare instituerat, interpolationibus quibusdam ditatus est admodum ineptis. De iis primum videbimus, ut sic veniamus ad partem antiquam et genuinam. Scilicet quum superiore paragrapho removerem II 800, dixi Hectorem non induisse arma Achillis. Primum repugnat A 353, nam Apollo Hectori galeam dedit, nec potuit eam temere prae Achillis spoliis contemnere; non enim ἀπόβλητα θεῶν ἐρικυδέα δῶρα. Infra examinabimus versiculum qui legitur X 323; sed postquam P 210 legimus Hectorem arma mutasse, imprimis est ridiculum eum sic alloqui com-militones vs. 231:

ὄς δέ κε Πάτροκλον καὶ τεθνηῶτά περ ἔμψης
Τρῶας ἐς ἵπποδάμους ἐρύσῃ, εἶξῃ δέ οἱ Αἴας
ἡμῖν τῷ ἐνάρων ἀποδάσσομαι, ἡμῖν δ' αὐτὸς
ἔξω ἐγώ.

Neque Menelaus ad Antilochum, vs. 693, quidquam supra illud: ἀτὰρ τὰ γε τεύχε' ἔχει κορυθαίολος Ἔκτωρ. Sed satis constat interpolatos esse versus 184—219. Respondet Hector Glauco, qui eum ad pugnam incitarat, vs. 179:

ἀλλ' ἄγε δεῦρο, πέπον, παρ' ἐμ' ἴσασο καὶ ἴδε ἔργον,
ἢ πανημέριος κακὸς ἔσσομαι, ὡς ἀγορεύεις,
ἢ τινὰ καὶ Δαναῶν ἀλκῆς, μάλα περ μεμαῶτα,
σχίσσω ἀμυνέμεναι περὶ Πατρόκλιοιο θανόντος.

Deinde ipse Trojanos adhortatur ut fortiter rem gerant:

vs. 183. ὣς εἰπὼν Τρῳέσσιν ἐκέκλετο μακρὸν αὖσας·
220. κέκλυτε, μυρία φύλα περικτιόνων ἐπικούρων,

et quae ibi recte sequuntur. Sed hodie interpolata leguntur verba admodum stulta:

- vs. 183. ὡς εἰπὼν Τρώεσσιν ἐπέλετο μακρὸν ἄσπασ·
 Τρῶες καὶ Λύκιοι καὶ Δάρδανοι ἀγχιμαχηταί,
 185. ἀνέρες ἐσέ, φίλοι, μνήσασθε δὲ Θούριδος ἀλκῆς,
 ὄφρ' ἂν ἐγὼν Ἀχιλλῆος ἀμύμονος ἔντεα δύο
 καλά, τὰ Πατρόκλοιο βίην ἐνάριξα κατακτάς.

Itaque Hector desertis commilitonibus, qui omnibus viribus laborabant, non praebet exemplum quod imitentur, sed celeriter currendo mox socios adsequitur, quos Patrocli spolia Trojam ferre iusserat:

- vs. 192. ζᾶς δ' ἀπάνευθε μάχης πολυδακρύτου ἔντε' ἄμειβεν·

quod non sapientissimo consilio concedes esse excogitatum. Adspicit rem Jupiter, neque habet quod dicat:

- vs. 206. ἀτὰρ τοι νῦν γε μέγα κράτος ἐγγυαλίξω
 τῶν ποινήν ὃ τοι οὐ τι μάχης ἐκ νοσῆσαντι
 δέξεται Ἀνδρομάχη κλυτὰ τεύχεα Πηλείωνος.

Quae verba admirari quam intelligere facilius est. Sed tamen vs. 210 Ἐκτορι δ' ἠρμωσε τεύχε' ἐπὶ χροῦ, credo pro divina illorum armorum virtute, et flagrans pugnandi ardore redit ad suos ut pugnam restituat. Rideo pugnatorem, qui nunc ipsi adeo Glaucō animum addere velit, vs. 216. Sed, uti dixi, inepti versus sunt 184—219, qui sine ulla jactura poterunt resecari.

Non intercedo quominus quis genuinos habeat versus 233—262, sed mihi in iis multa haud parum displicent. Veluti turpe est describere Aiacem meticulosum et, quod Menelaum rogat ut vociferando fortissimos Graecorum convocet, quidni ipse hoc praeconis officio fungi potuit? Deinde ferri non debet usus tertiae personae vs. 250 et quia id solum agitur, ut Patrocli cadaver salvum sit et omnes adeo stant ἀμφὶ Μενoitιάδῃ ἓνα Θυμὸν ἔχοντες, nimium est quod poeta exclamat vs. 260:

- τῶν δ' ἄλλων τίς κεν ἦσι φρεσὶν οὐνόματ' εἶποι
 ὄσσοι δὴ μετόπισθε μάχην ἤγειραν Ἀχαιῶν

non enim valde magnus numerus esse potuit.

Certius mihi videtur interpolatos esse versus 319—383. Primum vs. 319 et 320 narratur quod fidem superat, parum abfuisse quin Graeci tunc cogerent Trojanos intra urbem; hoc enim si verum est, facile cadavere potiri potuerunt. Deinde versus quos dixi, desumpti sunt ex Z 73 sq. Sed Apollo Aeneam, Aeneas Hectorem exhortatur, quem jam oblitum fuisse apparet eorum quae Glaucō

brevi ante dixerat, sed nunc quoque usu venit quod saepe ostendi, ex earundem rerum iterationibus interpolationes facillime agnosci. Sed ecce aliud argumentum, quo appareat totam illam pericopen removendam esse. Lycomedes vs. 345 occidit Arisaonem, Asteropaei socium: jam vide quo vulnere Arisaon sauciatus cadat:

*καὶ βάλεν Ἴππασίδην Ἀπισάονα ποιμένα λαῶν
ἦπαρ ὑπὸ πραπίδων, εἶδαρ δ' ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν.*

Apparet interpolatorem hunc locum desumpsisse ex *A* 578:

*καὶ βάλε Φανσιάδην Ἀπισάονα ποιμένα λαῶν
ἦπαρ ὑπὸ πραπίδων, εἶδαρ δ' ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν.*

Nunc autem confer *N* 411, qui locus ni fallor ductus est ex *P* 347:

*ἀλλ' ἔβαλ' Ἴππασίδην Ὑψήνορα ποιμένα λαῶν,
ἦπαρ ὑπὸ πραπίδων, εἶδαρ δ' ὑπὸ γούνατ' ἔλυσεν.*

Luculenter efficitur ex nominum priorum comparatione, antiquissimum locum esse *A* 578, ex hoc profecisse cum qui composuit *P* 345; denique hunc ante oculos fuisse interpolatori qui tertium decimum librum adjecit. Egregie, ni fallor, nunc comprobantur quae supra disputavimus.

Non minus mira sunt quae sequuntur inde a versu 366, ubi poeta pluribus exsequitur quod supra simpliciter et de Homeri more dictum fuerat, vs. 268, coll. vs. 644:

*ἄμφι δ' ἄρα σφιν
λαμπρῆσιν κορύθεσσι Κρονίων ἦερα πολλὴν
χεῦ', ἐπεὶ οὐδὲ Μενoitιάδην ἤχθαιρε πάρος γε.*

Sed tragoedias miscet qui scripsit vs. 366:

*ὧς οἱ μὲν μάραντο δέμας πυρός, οὐδέ κε φαιῆς
οὔτε ποτ' ἠέλιον σῶν ἔμμεναι οὔτε σελήνην
ἦερα γὰρ κατέχοντο, μάχης ἐπὶ θ' ὄσσον ἄριζοι
ἔξασαν ἄμφι Μενoitιάδῃ κατατεθνηῶτι.
οἱ δ' ἄλλοι Τρῶες καὶ εὐκνήμιδες Ἀχαιοί
εὐκνηοὶ πολέμιζον ὑπ' αἰθέρι, πέπτατο δ' ἀνγὴ
ἠελίου ὄξεια, νέφος δ' οὐ φαίνετο πάσης
γαίης οὐδ' ὀρέων· μεταπαυόμενοι δ' ἐμάχοντο.*

Hic non agnosco priscum poema et quod legimus nondum audivisse Patrocli mortem Thrasymedem et Antilochum, id nunc nihil refert dicere, cum infra demum Menelaus ad Antilochum mittatur et absurda fere sunt vs. 381:

*τὸ δ' ἐπιπροσμένῳ Θάνατον καὶ φύζαν ἑταίρων
νόσφιν ἐμαρνάσθην, ἐπεὶ ὧς ἐπετέλλετο Νέσῳ
ὀτρύνων πόλεμόνδε μελαινάων ἀπὸ νηῶν.*

Mirificum hoc est Nestoris consilium neque Antilochus obtemperavit supra *II* 317.

Paucis quibusdam intermissis, quae vetusta et genuina esse credo, sequitur longa interpolatio a versu 423 usque ad versum 542. Primum poeta portentum narrat de equis Achillis Patrocli mortem deplorantibus. Quod etiamsi excusetur, quod divina stirpe orti sint, non fero tamen vs. 427:

*ζλαῖον, ἐπεὶ δὴ πρῶτα πυθέσθην ἠνιόχοιο
ἐν κονίῃσι πεσόντος ὑφ' Ἐκτορος ἀνδροφρόνοιο,*

videtur enim poeta non recordatus fuisse prope adstitisse equos et vidisse qua ratione Patroclus obierit, quod monstrat *II* extr. Attamen illud *ἐπεὶ δὴ πρῶτα πυθέσθην* demonstrat, secundum nostrum poetam Automedontem, dum pugnaret Patroclus, currum procul habuisse: quod secus est. Deinde quomodo *δόρυ μακρὸν οὔδει ἐνισκίμθη* vs. 528 intelligo; verum quis vidit umquam equos *οὔδει ἐνισκίμψαντε καρήατα*? Nisi quis forte putet hoc ad divinam stirpem pertinere.

Cur intelligi non possit quod Jupiter deblaterat vs. 455:

*ἔτι γὰρ σφισι κῦδος ὀρέξω
πτείνειν, εἰς ὃ γε νῆας ἔϋσσέλμους ἀρίζωνται
δύη τ' ἠέλιος καὶ ἐπὶ κνέφας ἰερόν ἔλθῃ,*

et facile apparet collatis versibus 270 et 596 et 649 et ita ostendit Lachmannus p. 78 ut omnibus persuadere debeat. Sed quomodo continuo post Automedon pugnam inire potuit solus in curru relictus, vs. 459:

τοῖσι δ' ἐπ' Ἀυτομέδων μάχευ' ἀχνύμενός περ ἑταίρου.

Et supra ostendimus non induisse Hectorem Achillis arma, quum tamen legatur vs. 472:

*τεύχεα δ' Ἐκτωρ
αὐτὸς ἔχων ὠμοῖσιν ἀγάλλεται Διακίδαο.*

Deinde vs. 479 sq. ducti sunt ex *E* 226 sq. et quomodo vs. 487 Automedon et Alcimedon *ἠνιόχοιο* dici possunt, cum tamen solus Alcimedon lora teneat? Et appropinquante periculo summa est utriusque ignavia, vs. 507, quum modo tam magna inter se collocuti fuerint. Tum vs. 526—529 desumpti sunt ex *II* 610—613, quos versus itidem in suos usus, sed non nimis apte, transtulit interpolator *N* 444. Sed res mihi jam confecta videtur et tandem ad genuinum carmen redimus vs. 543.

In reliquis me advertunt vs. 605--625, quos adjectos puto, ut explicaretur quomodo Meriones sine Idomeneo solus prodeat in scenam vs. 667 et 717. Incredibile fere est Merionem vs. 610 ipsum currum habuisse et vs. 612--616 multo, opinor, post addita sunt, ut appareret unde Idomeneus currum nactus esset, qui pedibus tentorium reliquisset libro tertio decimo.

Pauca quaedam addam de versibus qui mihi genuini videntur esse. Itaque vs. 24, ubi Menelaus gloriatur se Hyperenorem vicisse, fecit ut illud suppleretur Ξ 516. Vs. 44--46 transiere in *II* 259 et *I'* 348--350 et vs. 147 in *I* 317; nam fortuitum est quod vs. 116, 117 conveniunt cum vs. 682, 683 eiusdem libri *P*.

Erravit qui ex vs. 312 Phaenopem sunsit eique *E* 312 duos tantum filios dedit. Statim post vs. 314 sq. itidem leguntur *N* 507 sq. Vs. 306 Hector obtruncat Schedium Iphiti filium ex catalogo notum *B* 517; hinc *O* 515 itidem Schedius ab Hectore interficitur, sed errore Perimedis filius dicitur.

Nisi fallor, interpolatus est molestus versus 546, de quo supra jam Lachmannum laudavimus. Deinde vs. 575 translatus est in *E* 9 et vs. 659--667 rectius ibi legi videntur et interpolati sunt *A* 550--557, quae Duntzeri sententia est, qui de nobilissima comparatione egit in Fleckeisenii Annalibus XCIII, p. 444.

Finis huius paragraphi suspicio erit quam promere juvat de vs. 626:

οὐδ' ἔλαθ' Αἴαντα μεγαλύτερα καὶ Μενέλαον.

Quia plane constat utrumque Aiace adfuisse et quia mirantur viri docti, duobus praesentibus, dictum esse vs. 628:

τοῖσι δὲ μύθων ἦρχε μέγας Τελαμώνιος Αἴας,

videndum est annon scripserit Homerus duali numero: *Αἴαντε μεγαλύτερε.*

Sunt aliae fortasse in nostro libro interpolationes et ferri sane non debent vs. 645--647; sed nunc quidem de origine *τῆς Μενελάου ἀριστείας* satis mihi dixisse videor.

§ 68.

Dicitur Thetis apud Homerum filio maturam mortem vaticinata fuisse, sed, quod non omittendum est, non plane concinunt inter se quae de eo vaticinio traduntur Σ 10, 96, 330, *P* 407, *T* 328, *Φ* 277 et *X* 359. Oritur difficillima quaestio quam quum nondum ab omni parte expedire potuerim, integram disputationem in aliud tempus remittere decrevi. Bergkiius autem in disquisitione de

origine et vera forma libri duodevicesimi pleraque omnia postea addita autumat; cum enim sibi persuaserit neque Patroclum Achillis arma induisse et Hectorem, caeso Patroclo, eodem die cecidisse et ipsum, non novis armis Achilli opus erat et *ὀπλοποιία* tota quanta est, excidit. Scilicet ne quis tam improbabilem rationem miretur, necessario et mathematicis fere conclusionibus ad eam opinionem Bergkii pertractus fuit, quantumvis fortasse invitus, postquam ostendere susceperat, jam apud antiquissimum poetam Agamemnonem legatos ad Achillem misisse. Nobis autem, postquam supra alia omnia placuerunt — nec video sane, quomodo satis verisimiliter possit negari Patroclum usum fuisse Achillis armis et levibus quibusdam conclusiunculis Bergkii hoc efficere conatus est, quum interdum ipso ingenii acumine, quo imprimis excellit, ab recta via se abduci patiat — nobis igitur nihil necesse est tam severos iudices in hunc librum duodevicesimum sedere. Id tantum video, esse quaedam interpolata, de quibus ordine quaeremus.

Primum igitur abjiciendos censeo versus 34—70. De versu 34 cur prorsus ferri non possit et quam ob rem diu post demum intercalatus videatur, verba autem sunt:

δείδιδε γὰρ μὴ λαιμὸν ἀποτμήξειε σιδήρω,

satis vidimus ubi agebamus de usu ferri tempore Trojani belli. Sed etiam sequentia attentum lectorem offendere debent. Cur enim secum prorsus inutiliter Nereidas omnes Thetis mater adducit? Non enim conferri debet, quod diversum est, ultimo Odysseae libro vs. 45, matrem cum sororibus in littus escendisse ut filium mortuum lugeret. Nostro loco non magis decet deam Nereidas secum trahere quam libro primo. Ad consolandum supervacaneus est comitatus, qui in funere honori ducitur. Accedit propriorum nominum frigida enumeratio. Denique vs. 56—62 transscripti sunt ex vs. 437—443, ubi perbene eadem leguntur et ridiculum est, deam quae etiam futura provideat, ita dicere ad sorores:

*ἀλλ' εἴμ' ὄφρα ἴδωμι φίλον τέκος, ἠδ' ἐπαζούσω
ὅττι μιν ἔκετο πένθος ἀπὸ πτολέμοιο μένοντα.*

Intelligo et probò matrem, ut filium consoletur, tum primo libro tum nostro, dissimulare quae tamen optime sciat ipsa et fictis verbis Achillem ita interrogare:

τέκνον, τί κλαίεις; τί δέ σε φρένας ἔκετο πένθος;

sed simulatio ea apud quemvis alium inepta est. Cf. *A* 365, *P* 410, Σ 10.

Resectis igitur versiculis quos dixi, rectum est quod supererit:

vs. 32. *Ἀντίλοχος δ' ἐτέρωθεν ὀδύρετο δάκρυα λείβων,
χειράς ἔχων Ἀχιλῆος — ὁ δ' ἔξενε ζυδάλιμον κῆρ.*

vs. 70. τῷ δὲ βαρυσενάχοντι παρῖζατο πότνια μήτηρ,

et quae sequuntur. Videt unusquisque vs. 35 et 36 poetam imitatum esse *A* 357 et 358.

Priscum et genuinum videtur pulcrum matris et filii colloquium, nisi quod interpolatos dixeris vs. 108—113, quorum duo postremi veram suam sedem habent *T* 65, 66. Tum verissime Achilles vs. 82 rem ita narrat:

τεύχεα δ' Ἔκτωρ
 δηώσας ἀπέδυσε πελώρια, θαῦμα ἰδέσθαι,

neque addit, quod postea demum, uti vidimus, alius poeta finxit, Hectorem ipsum statim induisse spolia quae modo caeso hosti detraxisset: itaque summa evidentia sequitur reiicienda esse Thetidis verba vs. 130—133:

ἀλλά τοι ἔντεα καλὰ μετὰ Τρώεσσιν ἔχονται
 χάλκεια μαρμαίροντα· τὰ μὲν κορυθαίολος Ἔκτωρ
 αὐτὸς ἔχων ὄμοισιν ἀγάλλεται· οὐδέ ἔφημι
 δηρὸν ἐπαγλαῖεῖσθαι, ἐπεὶ φόνος ἐγγύθεν αὐτῷ.

Nunc vix opus est dicere quod vel coecus videt, insiticios esse versus 138—147, quibus Thetis in Olympum profectura sorores a se dimittit.

Mittitur Iris quae Achilli demonstret, quantum sit periculum, ne Trojani Patrocli cadaver tandem ad se trahant. Hoc opinor satis erat, nam quod sequitur Iridis et Achillis colloquium 181—201 mirum in modum languet. Quod rogat Achilles:

Ἴρι θεά, τίς γάρ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἦκεν;

rusticitatem redolet et ῥῆσις quae uno versu continetur, quales nullae fortasse sunt in vetere Iliade, nam excusationem habet *Σ* 392, suspicionem movet. Hoc argumento supra quoque uti potuissem ad *A* 606. Deinde et alia incredibilia sunt et illa vs. 192:

ἄλλου δ' οὐ τευ οἶδα τεῦ ἂν κλυτὰ τεύχεα δύω,
 εἰ μὴ Αἴαντός γε σάκος Τελαμωνιάδαο.

Nam ut Achilles propter corporis vastitatem aliena lorica uti non possit, cur tamen parvo scuto, si res ita feret, non contentus erit? Si genuini essent versus *Ξ* 376 sqq., adderem Achillem multos saepe milites vidisse, quorum scuta non accommodata essent ad corporis staturam. Neque eget fortissimus quisque maximo scuto sub quo lateat. Habebat denique hastam, quam Patroclus vibrare non potuerat et novum gladium ne Vulcanus quidem dedit. Sed uti dixi totum

illud colloquium, vs. 181—201, spurium est: duos postremos versus interpolator debet poetae sexti decimi libri vs. 42—44.

Quae sequuntur ut quae maxime genuina sunt; sed tamen in lamentatione Achillis postrema verba sunt:

*ἄμφω γὰρ πέπρωται ὁμοίην γαίαν ἰρεῦσαι
αὐτοῦ ἐνὶ Τροίῃ, ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ νοσήσαντα
δέξεται ἐν μεγάροισι γέρον ἱππηλάτα Πηλεὺς
οὐδὲ Θέτις μήτηρ, ἀλλ' αὐτοῦ γαῖα καθέξει.*

Quae adduntur vs. 333—342, non sunt priscae poetae, nam in antiqua Iliade, quod infra ostendere conabor, non fuit actum de Patrocli exsequiis, quas noster locus tamen promittit. Ceterum Achillis verba:

*οὐ σε πρὶν κτεριῶ, πρὶν γ' Ἐκτορος ἐνθάδε ἐνεῖκαι
τεύχεα καὶ κεφαλήν,*

satis ostendunt antiquam esse interpolationem: qui enim ista composuit, nondum legerat Hectorem Achillis arma suis permutasse. Miror esse qui id quod negari non possit, interpretando efficere velint ut ne appareat.

Verbo dixisse satis est me prorsus facere cum Zenodoto, qui absurdum colloquium Jovis et Junonis vs. 356—368 sustulerit. Est ea interpolatio in paucis insulsa necdum rediisse dicitur Jupiter ex Ida in Olympum. Hos autem versus postquam obelo confixeris, retinere non poteris vs. 168:

κρύβδα Διὸς ἄλλων τε Θεῶν· πρὸ γὰρ ἤκέ μιν Ἥρη.

Fraudem arguit etiam P 270, ubi Jupiter Patroclum amasse traditur. In verbis autem Junonis vs. 365 et 366 translati sunt ex A 60 et 61.

Ne importuna loquacitate laboret Thetidis ad Vulcanum oratio, resecandi erunt vs. 444—456. Postquam dea filii miseram sortem deflevit, satis est eam in extrema oratione illud dicere:

*τοῦνεκα νῦν τὰ σὰ γούναθ' ἰκάνομαι, αἶ κ' ἐθέλησθα
νιεῖ ἐμῶ ὠκυμόρῳ δόμεν ἀσπίδα καὶ τροφάλειαν
καὶ καλὰς κνημίδας, ἐπισφρυγίοις ἀραρυίας,
καὶ θώρηχ'· ὃ γὰρ ἦν οἱ, ἀπώλεσε πιζὸς ἑταῖρος
Τρωσὶ δαμείς· ὃ δὲ κεῖται ἐπὶ χθορὶ θυμὸν ἀχεύων.*

Nec quidquam Vulcani interest scire, quomodo Briseis abrepta fuerit et cetera quae Thetis ab initio rerum repetit. Id quoque consequemur ut simul cum versu 448 evanescat mentio legationis ad Achillem missae et egregie confirmatur, quod

demonstravimus, librum nonum omnium fere fuisse postremum additum. Mitto dicere quid insit tum falsum tum absurdum in versibus 453—456.

De descriptione clipei nihil dicam nisi illud, totam pericopen inde a versu 483 usque ad verbum 608 a Zenodoti editione afuisse, qua de re Duentzerum vide p. 189. Difficilis quaestio est, de qua in utramque sententiam disputatur; equidem nulla video argumenta, quibus ille locus prisco poetae aut tribui possit aut adimi. Verum ut sententiam feramus de universa Iliadis compositione, quod nobis est propositum, parum mihi referre videtur, in utram sententiam abeas.

§ 69.

Undevicesimus Iliadis liber ingenti interpolationum numero auctus est, quae tamen plerumque ejus generis sunt, ut haud difficulter agnosci possint. His tamen demtis efficietur demum, quam recte reliqua cum superiore libro conjungantur.

Postquam Thetis divina arma Achilli tradidit, his verbis usa:

*τόνη δ' Ἡφραίξοιο πάρα κλυτὰ τεύχεα δέξο
καλὰ μάλ', οἷ' οὐ πῶ τις ἀνήρ ὅμοισι φόρησεν.,*

post haec verba deam addidisse suspicor:

*ἀλλὰ σύ γ' εἰς ἀγορὴν καλέσας ἥρωας Ἀχαιοῦς,
μῆνιν ἀποειπὼν Ἀγαμέμνονι ποιμένι λαῶν,
αἴψα μάλ' ἐς πόλεμον θωρήσσεο, δύσεο δ' ἀλκίην.*

Scilicet interpolati versus sunt 12—34. Conspectis armis ridiculus terror est Myrmidonum vs. 14:

*Μυρμιδόνας δ' ἄρα πάντας ἔλε τρόμος, οὐδέ τις ἔτλη
ἄντην εἰσιδέειν, ἀλλ' ἔτρεσαν.*

Nec tanto opere Achilles timere debuit, ne Patroeli cadaver putresceret, quod tertio die post jam crematum fuit. Denique est quasi praeparatio exsequiarum, quibus tamen, ut ostendemus, in vetere Iliade locus nullus erat. Sequitur autem, haec si recte disputata sunt, insiticios quoque esse versus 38 et 39.

Convocat Achilles omnium militum concilium:

*καί ῥ' οἷ' περ το πάρος γε νεῶν ἐν ἀγῶνι μένεσκον,
οἷ' τε κυβερνήται καὶ ἔχον οἴηια νηῶν
καὶ ταμίαι παρὰ νηυσὶν ἔσαν, σίτιοιο δωτήρες,*

hos igitur omnes Achilles convocavit. Primum autem contorta dictio est versuum

quos descripsi. Deinde gubernatorum et quaestorum navalium alibi nulla mentio, nec pervideo quomodo hi ab ipsis militibus potuerint esse diversi. Tum vs. 45 et 46 desumpti sunt ex Σ 248. Nec claudicabant ambo Diomedes et Ulysses, sed Diomedes solus. Denique mirum est illud ἔτι γὰρ ἔχον ἔλκεα λυγρά, cum non diu ante sed superiore die vulnerati essent. Itaque interpolatos judico vs. 42—53. Quae supersunt, recte cohaerent:

- vs. 40. αὐτὰρ ὁ βῆ παρὰ Οἶνα Ουλάσσης δῖος Ἀχιλλεύς
 41. σμερδαλέα ἰάχων, ὤρσεν δ' ἥρωας Ἀχαιοὺς.
 54. αὐτὰρ ἐπεὶ δὴ πάντες ἀολλίσθησαν Ἀχαιοί,
 τοῖσι δ' ἀνισάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.

Post Achillem facit Agamemnon dicendi initium, in cuius oratione primum valde offendor quinque versuum exordio, quod nemo hucusque interpretari potuit, vs. 78:

ὦ φίλοι ἥρωες Δαναοί, θεράποντες Ἄρηος,
 ἔξαότος μὲν καλὸν ἀκούειν, οὐδὲ ἔοικεν
 ὑββάλλειν χαλεπὸν γὰρ ἐπισάμενον περ ἑόντα.
 ἀνδρῶν δ' ἐν πολλῷ ὀμάδῳ πῶς κέν τις ἀκούσαι
 ἢ εἴποι; βλάβεται δὲ λιγὺς περ ἑὼν ἀγορητής.

Expunctis semibarbaris versibus, quanto melius Agamemnon incipiet sic, initio sumto ab Achille ipso:

Πηλεΐδῃ μὲν ἐγὼν ἐνδείξομαι αὐτὰρ οἱ ἄλλοι
 σύνθεσθ' Ἀργεῖοι μῦθόν τ' εὖ γνῶτε ἔκαστος.

Deinde quae plerisque jam offensionis fuit, eximam importunam dissertationem, qua explicatur quantum in rebus divinis et humanis dea Ate polleat. Itaque rectissime versus sese excipient sic:

- vs. 90. ἀλλὰ τί κεν ῥέξαιμι; θεὸς διὰ πάντα τελευτᾷ.
 137. ἀλλ' ἐπεὶ ἀάσαμην καὶ μεν φρένας ἐξέλετο Ζεὺς,
 ἄψ ἐθέλω ἀρέσαι.

Ate mera allegoria est, sed allegoriis Homerus non nisi parce admodum utitur. Taceo nunc quot sint in ea narratione locutiones mirae et insolitae. Sed uti dixi, supervacaneis rejectis, reliqua rectissime coeunt in unum.

Agamemnon perorat sic vs. 142:

εἰ δ' ἐθέλεις, ἐπίμεινον ἐπειγόμενός περ Ἄρηος,
 δῶρα δέ τοι θεράποντες ἐμῆς παρὰ νηὸς ἐλόντες
 οἴσουσ' ὄφρα ἴδῃαι ὃ τοι μενοεικέα δώσω.

Et haec quidem recte, sed quia legatio non praecessit, necessario interpolati habendi sunt versus qui praecedunt 140 et 141:

*δῶρα δ' ἐγὼν ὄδε πάντα παρασχεῖν, ὅσσα τοι ἔλθῶν
χθιζὸς ἐνὶ κλισίῃσιν ὑπέσχετο δῖος Ὀδυσσεύς.*

Vel solum illud *χθιζὸς* satis est ad fraudem aperiendam, nam secundum nonum librum tertio die ante legati ad Achillem venerunt; sed, uti dixi, ejus legationes nostro libro omnino mentio non debet fieri.

Haec si vere disputata sunt, sequitur quod negari jam non poterit, in Ulyssis oratione spuria esse verba vs. 175:

*ὀμνύτω δέ τοι ὄρκον, ἐν Ἀργείοισιν ἀναξάς,
μὴ ποτε τῆς εὐνῆς ἐπιβήμεναι ἠδὲ μιγῆναι,
ἢ θέμις ἐστὶ ἀναξ ἢ τ' ἀνδρῶν ἢ τε γυναικῶν.
καὶ δὲ σοὶ αὐτῷ θυμὸς ἐνὶ φρεσὶν Ἴλαος ἔξω.*

Et Agamemnon respondere potuit vs. 185:

*χαίρω σεῦ, Λαερτιάδη, τὸν μῦθον ἀκούσας·
ἐν μοίρῃ γὰρ πάντα δῖοιο καὶ κατέλεξας.
190. μιμνετε δ' ἄλλοι πάντες ἀολλέες, ὄφρα κε δῶρα
ἐκ κλισίης ἔλθῃσι καὶ ὄρκια πιεσὰ τάμωμεν.,*

sed interponere neutiquam potuit vs. 187—189:

*ταῦτα δ' ἐγὼν ἐθέλω ὁμόσαι, κέλεται δέ με θυμὸς,
οὐδ' ἐπιорκήσω πρὸς δαίμονος· αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς
μιμνέτω αὐθι τίως καὶ ἐπειγόμενός περ Ἄρης.*

Deinde post genuinos versus 190 et 191, quos jam descripsimus, iterum sequuntur quatuor versus suppositicii, vs. 192:

*σοὶ δ' αὐτῷ τόδ' ἐγὼν ἐπιτέλλομαι ἠδὲ κελεύω·
κρινάμενος κούρητας ἀρισηῆας Παναχαιῶν
δῶρα ἐμῆς παρὰ νηὸς ἐνειζέμεν, ὅσσ' Ἀχιλῆι
χθιζὸν ὑπέζημεν δώσειν ἀγέμεν τε γυναικάς.*

Primum enim offendimur illo *χθιζόν*, quod supra jam notabamus; deinde secundum vs. 143 non nobiles adulescentes, sed famuli destinata dona apportare debent.

Sequuntur duae orationes admodum insulsae Achillis et Ulyssis: pertinet ea interpolatio, qua nullam aliam novi in toto Homero magis ineptam, a versu 198 usque ad vs. 241. Vel puer existimare potest post versum 241:

βᾶν δ' ἴμεν ἐς κλισίην Ἀγαμέμνονος Ἀτρεΐδαιο,

sequi nullo modo posse:

αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον,

ut taceam praecedentibus versibus non *Θεράποντας* mitti qui dona in medium afferant, sed nobiles adulescentes, quod per se quidem minime incredibile est, sed notanda est discrepantia. At quanto commodius legetur:

196. *Γαλθύβιος δέ μοι ὄκα κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν*

197. *κάπρον ἐτοιμασάτω, ταμέειν Διὶ τ' ἠελίῳ τε.*

242. *αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔην τετέλεστο δὲ ἔργον.*

Quod autem famulorum ministerium est afferre dona, ne illa quidem fero vs. 247 sq.:

*χρυσοῦ δὲ ψήσας Ὀδυσσεὺς δέκα πάντα τάλαντα
ἦρχ', ἅμα δ' ἄλλοι δῶρα φέρον κούρητες Ἀχαιῶν.*

Interpolator *κούρητας* sumsit ex vs. 193 et decem illa talenta habet ex nono libro huc translata. Quod vero facit Ulysses potissimum ea portantem, probabilis est suspicio, cum ignorasse admodum leve auri pondus eo talenti nomine apud Homerum indicari, quod supra occasione data, quantum satis erat, explicavimus. Nec debuere decem talenta post pretiosa dona tanquam eximium aliquid ultimo loco memorari; quodsi enim *ἑπτὰ τρίποδας* exceperis, donum fuit omnium vilissimum. Qui primus addidit decem talenta illa, poeta noni libri addidit, nisi fallor, ad verum supplendum.

In iis quae insequuntur sunt quibus offendi quis fortasse debeat, veluti illo *ἀπροτίμαστος* v. 293, verumtamen omnia genuina esse arbitror usque ad verum 282. Inde habemus Briseidis et Achillis lamentationes revera lamentabiles et miror multum esse viros doctos quibus talia fucum faciant. Scilicet Briseis profitetur quanti Patroclum fecerit. Si quis forte non statim recordatur, quibus beneficiis ille amici sui amicam sibi tanto opere devinxerit, audiat et mirabitur. Capta urbe Achilles Briseidis maritum cum fratribus interfecerat; puellam Patroclus plorare vetuit:

*ἀλλὰ μ' ἔφασκες Ἀχιλλῆος θείοιο
κουριδίην ἄλοχον θήσειν, ἄξειν τ' ἐνὶ νηυσὶν
εἰς Φθίην, δαίσειν δὲ γάμον μετὰ Μυρμιδόνεσσιν.
τῷ σ' ἄμοτον κλαίω τεθνηότα, μείλιχον αἰεὶ.*

Attamen viri docti adscribunt: *Die Klage der Briseis selbst hat grosse Wahrheit und Natürlichkeit.* Equidem quid dicam nescio, nisi fortasse illud, Andromachen tamen et Penelopen ab illa Briseide multum fuisse diversas. Non meliora sunt quae sequuntur. Bis terve asseverat Achilles se cibum capere nolle: adsunt Atri-

dae, Ulysses, alii *τέρποντες πυκινῶς ἀκαχήμενον οὐδέ τι θυμῷ τέρπετο*, sed pergit lamentari: verba sunt inania et verborum tinnitus, quibus praeterea apparet nosse poetam Neoptolemum in insula Scyro educari: cujus tamen fabulae alibi in Iliade nullum vestigium. Erumpunt in fletus ii qui audiunt ipseque Jupiter misericordia commovetur:

μυρομένους δ' ἄρα τοὺς γε ἰδὼν ἐλέησε Κρονίων.

Itaque demittit Minervam ut reficiat coelesti cibo . . . quosnam putatis? Num forte omnes qui aderant? Imo solus Achilles recreatur: dum reliqui milites intentoriis cibum capiunt, imprensi sedent sex amici *συλλυπούμενοι*. Apage ineptias.

Inde a versu 357 redimus in viam; recte enim hic versus copulatur cum versu 281. Venusta descriptio est, quomodo armentur cum reliqui Graeci tum Achilles ipse; modo absint stulta illa, vs. 384:

*πειρήθη δ' εἰς αὐτοῦ ἐν ἔντεσι δῖος Ἀχιλλεύς,
εἰ οἷ ἐφαρμόσσειε καὶ ἐντρέχοι ἀγλαὰ γυῖα.
τῷ δ' ἦντε περὰ γίγνεται, ἄειρε δὲ ποιμένα λαῶν.*

Vs. quoque 388—391 praeter ullam necessitatem assumti sunt ex *II* 141—144. Ultima nostri libri, nisi fallor, sunt vs. 397:

*ὄπιθεν δὲ κορυσσάμενος βῆ Ἀχιλλεύς
τεύχεσι παμφαίνων ὡς ἠλέκτωρ Ὑπερίων.*

Nam quae sequitur narratio de immortalibus equis humana voce praeditis, est ea prisco vate plane indigna. Saepius jam videmus apud Iones aetatem paulo recentiore quanto opere miraculis et portentis delectata fuerit. Equidem in re aperta verbum non amplius addam. Verum de nostro libro dignus est qui conferatur Uylenbroekius, cuius disputationem Mnem. II, p. 306 invenies. Perbene ille ostendit plurima huic libro inesse mira, difficilia, incredibilia.

§ 70.

Nihil eorum quae vicesimo libro narrantur, ad priscum carmen referri poterit: videbo an eam sententiam lectoribus probare possim. Primum admirabili consilio Jupiter deos et deas jubet pugnae interesse, ne forte Achilles contra fatum urbe potiatur. Vs. 26:

*εἰ γὰρ Ἀχιλλεύς οἶος ἐπὶ Τρώεσσι μαχεῖται,
οὐδὲ μίνυνθ' ἔξουσι ποδώκεα Πηλείωνα.
καὶ δὲ τέ μιν καὶ πρόσθεν ὑποτρομέεσκον ὄρῶντες·
νῦν δ' ὅτε δὴ καὶ θυμὸν ἱταίρου χόεται αἰνῶς,
δεῖδω μὴ καὶ τείχος ὑπὲρ μόρον ἔξαλαπάξῃ.*

Licet verum non sit quod *Ὀνειρος* secundo libro affirmat, omnes deos odisse Trojanos, parum tamen prodesse potuit hoc Jovis consilium, nam plures erant dii qui Graecis favebant quam qui Trojanis. Itaque proficiscuntur ad bellum Juno, Minerva, Neptunus, Mercurius et Vulcanus; ab altera parte Trojanis adsunt Mars, Apollo, Diana et Latona cum Scamandro. Postquam satis diu otiosi steterunt in acie, tandem sequenti libro videbimus quem exitum deorum pugna habuerit. Scilicet est haud dubie victoria penes Graecorum deos; reliqui solis exceptis Minerva et Apolline redeunt in coelum nec tamen Troja ab Achille capitur: itaque deorum illa expeditio, quae extenditur usque ad extremum librum sequentem, prorsus fuit inutilis. Ne loca quidem apte disposita sunt: modo enim Minerva currit ad fossam, ut vociferando terreat Trojanos, modo, vs. 50:

ἐπ' ἀκτάων ἐριδούπων μακρὸν ἀύτει.,

qui sane non commodissimus locus erat. Poeta etiam obliviosus est neque recordatur ipse cur dii in campum descenderint: facit enim Junonem vs. 125, ita dicentem:

*πάντες δ' Οὐλύμποιο κατήλομεν ἀντιόωντες
τῆςδε μάχης, ἵνα μή τι μετὰ Τρώεσσι πάθῃσιν
σήμερον.*

Contra Jupiter metuerat ne forte nimio pugnandi ardore abreptus Achilles Trojam caperet, nisi dii ipsi proelio interfuissent.

Sequitur certamen singulare Achillis et Aeneae. Alter ira effertur et tamen, tanquam in summo otio, sermones serit et hostem alloquitur, oratione usus versus XXI, vs. 178—198. Aeneas accurate respondet et veterem historiam Trojanam, quasi ex cathedra, haud incuriose tradit, vs. 200—258. Post inutiles ambages quas dixi, incipit pugna; postquam autem res in summum discrimen adacta est, dum adstat Aeneas ingenti lapide prehensio, ecce Neptunus incipit cum Junone confabulari; tum demum interpositis versiculis triginta, accurrit Neptunus auxilio et Aeneam per aera vectum ex pugna abducit. Absurde ista ficta sunt nec cuiquam placere debent. Nihil est in istis, quod probare possim praeter Aeneae verba, vs. 244:

*ἀλλ' ἄγε μηκέτι ταῦτα λεγόμεθα νηπύτιοι ὦς,
ἔσαότ' ἐν μέσση ὑσμίνῃ δημοτῆτος.*

Quam enim omnia languent si contuleris cum egregio Diomedis et Glauci colloquio! Quod autem Achilles conviciis usus Aeneae exprobrat, eum spe regni fortem se virum praestare, confirmatur rumor a Neptuno, qui docet, vs. 308,

ab Aenea novum Trojanum regnum oriturum esse, sed de ea fabula altum praeterca apud Homerum silentium.

Non facile quis dixerit cur vs. 376 Apollo Hectorem dehortetur ne cum Achille certamen inecat, cum antea idem Aencam in Achillem ad depugnandum incitaverit, nisi forte praecepta logices diis perscripta esse neges. Deinde quid prodest eum servasse, vs. 443, quem brevi post tamen deseret? Ingratus quoque Achilles, qui victoriam sibi promittit, vs. 453:

εἰ ποῦ τις καὶ ἔμοιγε θεῶν ἐπιτάροθος ἔστιν,

si quidem vere dictum est vs. 98:

αἰεὶ γὰρ πάρα εἶς γε θεῶν ὄς λοιγὸν ἀμύνει.

Alia nullo negotio addi possunt. Verbi causa vs. 225 Erichthonius habet equarum tria milia:

αἰ δ' ὑποκυσάμεναι ἔτερον δυοκαίδεκα πόλους,

quod parum est. Si vs. 291 miraris quidni Aeneae laboranti Venus opem ferat sed Neptunus, qui tamen a Graecorum partibus stabat, indicium hoc est, quo efficitur poetam quintum librum ante oculos habuisse, quem, etiamsi haud semel in usus suos converterit, describere tamen non est ausus. Achillis verba, vs. 344, postquam Aeneas evanuit, non iracundiam spirant, sed misere languent.

Artificium poeticum est, quod *ἐπανάληψις* dicitur, ter apud Homerum obvium, nam diversi generis loci sunt *Z* 154, 396, *H* 138, *Θ* 531, *M* 96, *B* 671, 837, 850, 870, quos Lachmannus laudat p. 83; tres igitur loci qui soli supersunt, inveniuntur *X* 128, *Ψ* 642 et nostro libro vs. 371:

*τῷ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χειῖρας ἔοικεν,
εἰ πυρὶ χειῖρας ἔοικε, μένος δ' αἰθῶνι σιδήρω.*

Hoc quoque indicium videtur originis paulo recentioris.

Nunc locos recensebimus, quos poeta aliunde mutuatus esse videtur. Itaque supra iam suspicati sumus versum 43:

*οὔνεκ' Ἀχιλλεύς
ἔξεφάνη, δηρὸν δὲ μάχης ἐπέπαντ' ἀλεγεινῆς,*

desumptum esse ex Σ 248. Vs. 83 *ποῦ τοι ἀπειλαί* ex *N* 219 est. Vs. 184:

*ἧ νύ τί τοι Τρῶες τέμενος τάμον ἔξοχον ἄλλων
καλὸν φυταλιῆς καὶ ἀρούρης, ὄφρα νέμῃαι,*

verba sunt Achillis ad Aeneam; at quanto rectius propemodum eadem leguntur

Z 194? Versus 196—198 translati sunt ex *P* 30—32. Quod de Erichthonii equabus narratur, aperte fluxit ex simili narratione *E* 265—272. Versus 244 quem supra jam descripsi, debetur poetae qui scripsit *N* 292. Vs. 285—287 narratur Aeneas in Achillem lapidem molarem conjicere voluisse prorsus iisdem verbis, quibus idem de Diomede traditur *E* 302—304 in pugna singulari cum Aenea ipso. Versus 387 et *II* 412 iidem sunt. Cento est vs. 398—402; nam vs. 398—400 = *M* 184—186, vs. 401 = *A* 423 et vs. 402 = *E* 56. Infra eodem modo in singularium certaminum descriptionibus poetae propria vena exaruit, nam vs. 415 = *A* 132, vs. 417 = *E* 68 et vs. 429 = *Z* 143, quae ῥῆσις est unius versus, quod suspiciosum esse diximus. Quin et infra noster describit se ipsum, si quidem vs. 431—433 Hector ad Achillem utitur verbis plane iisdem, quibus supra vs. 200—202 Aeneas. Statim sequitur cento versuum tredecim, nam, levibus quibusdam immutatis:

Y 442—444 = *Γ* 379—382

445—448 = *E* 436—439

449—454 = *A* 362—367.

Postrema illa praesertim facile est videre, quanto convenientius dicantur undecimo libro quam libro vicesimo. Deinde duo propria nomina vs. 472 et 474 poeta habet ex *II* 696 et 694 et ex eodem libro vs. 333 et 334 facti sunt Y 476 et 477. Quod legitur vs. 486:

τὸν βάλε μέσσον ἄζοντι, πάγη δ' ἐν πνεύμονι χαλκός,

multo rectius se habet *A* 528:

βάλε δουρὶ

σερνον ὑπὲρ μαζοῖο· πάγη δ' ἐν πνεύμονι χαλκός.

Denique vs. 499—502 poeta mutuatus est ex *A* 534—537.

Quia supra ostendimus, esse quaedam translata ex libro tertio decimo in nostrum librum vicesimum, credibile est propter eam rationem quam supra satis explicavimus, etiam quintum decimum librum vicesimo esse antiquiorem. Quod autem hic legitur Mercurium Graecis favisse, id mihi transiisse videtur in *O* 214 ibique in Neptuni verbis:

ἀλλ' ἦτοι νῦν μὲν γε νεμεσσηθεὶς ὑποείξω,

nihil ultra requiro et cum aliis viris doctis postea addita arbitror quibus lubenter carebo:

ἄλλο δέ τοι ἐρέω καὶ ἀπειλήσω τό γε θυμῷ·
αἶ κεν ἄνευ ἐμέθεν καὶ Ἀθηναίης ἀγελείης,

*Ἥρης Ἐρμείῳ τε καὶ Ἡραΐζοιο ἄνακτος
Ἰλίου αἰπεινῆς περιδήσεται, οὐδ' ἐδέλῃσει
ἐκπέρσαι, δοῦναι δὲ μέγα κράτος Ἀργείοισιν,
ἴσῳ τοῦθ', ὅτι νῶϊν ἀνήκετος χόλος ἔσαι.*

Quae gravis sane et deo digna comminatio est.

§ 71.

Quae vicesimo libro narrantur, earum rerum narratio continuatur libro vicesimo primo usque ad versum 525; ab eo inde versu redimus ad vetustum carmen et cum *T* 398 conjungendum est *Φ* 526. Videbo an hoc lectoribus persuadere possim.

Parum fortasse refert indicare utrique libro quosdam versus esse communes, v. c. *Y* 315—317 = *Φ* 374—376 et *Y* 109 = *Φ* 339. Conveniunt praeterea:

vs. 1, 2	=	<i>Ξ</i> 433, 434.
20, 21	=	<i>K</i> 483, 484.
151	=	<i>Z</i> 127.
153	=	<i>Z</i> 145.
158	=	<i>B</i> 850.
509	=	<i>E</i> 373.

Sed magis ostendere juvat cur hic liber in permultis descriptionibus parum placere debeat. Primum equidem nihil curo repugnantiam quae haud scio an nondum observata sit. Lycaon ab Achille captus et venumdatus fuerat; tandem in patriam redierat et vs. 45:

ἔνδεκα δ' ἡμέματα θυμὸν ἐτέρπετο οἴσι φίλοισιν,

itaque duodecimo die iterum pugnae interest, donec ab Achille interficitur: itaque *Γ* 333 fratri Alexandro loricae commodare non potuit, si quidem a pugna aberat et domi genio indulgebat. Sed concedo hoc leve esse: illud me magis advertit poetam hoc libro paene triumphare et insultare victis: fit hoc alibi modestius et Achilles, dum hostes irridet prostratos, omnem modum excedere videtur, adeo ut non nobis tantum displicere debeat, qui omnem feritatem a moribus nostris remotam esse cupimus, sed etiam Graecis ipsis, quibus persuasum erat οὐκ ἐσθλὸν εἶναι καταθανοῦσιν κερτομέειν ἐπ' ἀνδράσιν, cf. vs. 54, 184, 204. Quod vs. 67 Achilles κατὰ τὸ σιωπώμενον hastam suam recuperavit, sicuti supra ostendimus, nihil est, nam ejusmodi negligentia, si quidem negligentia appellanda est, alibi quoque indicari poterit. Vide potius quam ridicule Achilles Asteropaeum mortuum

allocutus genus suum paternum recenseat et, quum plane taceat de matre, ostendat se tertium esse ab Jove, vs. 184: in vetusta parte Iliadis τὸ πρέπον multo melius servatum est.

Multo gravius est circa versum 228 narrationem hiare. Rogat Scamander Achillem ne cadaveribus fluminis cursum impedire velit, vs. 219:

οὐδέ τί πη δύναμαι προχέειν ῥόον εἰς ἄλα δῖαν
 ζεινόμενος νεκύεσσι.

Concedit Achilles:

ἔξαι ταῦτα Σκάμανδρε διοτρεφές, ὡς σὺ κελεύεις.

Nec desistet a caede, sed πεδίον κατά μέγερα ῥέξει, nam hoc sequentibus vss. indicatur. Exspectamus autem hoc responso audito, Scamandri iram placatam esse; continuo tamen alloquitur Apollinem:

ὦ πόποι ἀργυρότοξε, Διὸς τέκος, οὐ σὺ γε βουλὰς
 εἰρύσαο Κρονίωνος, ὃ τοι μάλα πόλλ' ἐπέτελλεν
 Τρωσὶ παρεξάμεναι καὶ ἀμύνειν, εἰς ὃ κεν ἔλθῃ
 δειέλος ὀψὲ δῦων, σκιάσῃ δ' ἐρίβωλον ἄρουραν.

At primum Scamander vs. 216 nil quidquam curarat Trojanorum interitum, si quidem ad Achillem dixerat:

εἴ τοι Τρῶας ἔδωκε Κρόνου παῖς πάντας ὀλέσσαι,
 ἔξ ἐμέθεν γ' ἐλάσας πεδίον κατά μέγερα ῥέξει.

Deinde Apollo qui κωφοῦ συνήσῃ, nunc ne λαλεῦντος quidem ἀκούει certe nihil respondet nec magis invocatus precibus auditis opem fert laboranti fluvio et laborantibus Trojanis. Denique ne verum quidem est Jovem jussisse Apollinem adesse Trojanis; liberum enim erat deorum arbitrium et Jupiter dixerat Y 25:

ἀμφοτέροισι δ' ἀρήγεθ', ὅπη νόος ἐστὶν ἐκάσθου.

Sed ne Achilles quidem servat quod sponderat, nam neque parcat Scamandro et in fluctus insilit, ἐνδορε μέσσω ut est vs. 233. Adeo haec usquequaque absurda sunt.

Novum narrat Achilles vs. 278 matris vaticinium, se apud Trojam Apollinis sagittis periturum esse; nihil simile usquam legitur Thetis filio praedixisse, qua de re Homeri locos indicavi cum agebam de libro undevicesimo. Deinde vs. 285 Neptunus et Minerva adsunt Achilli, δέμας δ' ἀνδρεσσι εἴκτην. Quamquam raro fit, fit tamen interdum nec semper dii certae cuiusdam personae formam induunt, sicuti Neptunus ipse qui alibi prodit παλαιῶ φωτὶ εἰκίως Sed minime

apparet quomodo Achilles Neptunum agnoscere potuerit, vs. 290, nam Minervam se comitari Neptunus nominatim dixerat, de se ipso simplex personale pronomen usurparat. Verum quomodo fit ut divinum auxilium nihil prorsus prosit Achilli? Vide modo vs. 327. Satius multo fuisset, deos non adcurrisset, ne frustra forent.

Si quis alius poeta huius libri ἀσειβής fuit et dignus qui reus fieret laesae divinae maiestatis, nam qui apud eum Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν, nimis sunt ridiculi. Vix opus est ostendere quod inde a Platone omnes consentiunt, sed cognoscendi sunt loci quos dicam. Quod Juno dicit vs. 380:

οὐ γὰρ εἴοικεν
ἀθάνατον θεὸν ὧδε βροτῶν ἔνεκα συφελίξειν.,

hoc nimis sero ei venit in mentem, uti et Apollini vs. 463:

οὐκ ἂν με σαόφρονα μυθήσαιο
ἔμμεναι, εἰ δὴ σοί γε βροτῶν ἔνεκα πτολεμίζω.

Vide quoque ipsum patrem hominum et deorum vs. 389:

ἐγέλασσε δέ οἱ φίλον ἦτορ
γηθοσύνη, ὄθ' ὄρατο θεοὺς ἔριδι ξυνιόντας.

Et quam indecore de Marte et Venere, quos Minerva prostravit vs. 426:

τῶ μὲν ἄρ' ἄμφω κείντο ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

Quam inepte vs. 396 Mars Minervae in memoriam revocat quomodo dea quinto libro se vulneraverit, nam qui vicerunt de victoria sua gloriari solent et pudet cladis eum qui victus est. Quam ridiculae Deae sunt Juno et Diana! Et quod de Marte legimus vs. 407:

ἔπα δ' ἐπέσχε πέλεθρα πεσών, ἐκόνισε δὲ χαίτας,

quanto modestius in consimili re poeta quinti libri! Denique quis ferat Neptunum ad Apollinem ita dicentem:

ἄρχε σὺ γὰρ γενεῆφι νεώτερος· οὐ γὰρ ἔμοιγε
καλὸν, ἐπεὶ πρότερος γενόμενῃ καὶ πλείονα οἶδα.,

nam ut fuerit Neptunus maris dominus, norat tamen Apollo μέτρα θαλάσσης.

Humilis comparatio est, quales multae sunt in Odyssea, sed in Iliade admodum paucae, ne nullas dixerim, vs. 362:

ὧς δὲ λέβητος ζεῖ ἔνδον, ἐπειγόμενος πυρὶ πολλῶ,
κνίσην μελδόμενος ἀπαλοτρεφῆος σιάλοιο,
πάντοθεν ἀμβολάδην, ὑπὸ δὲ ξύλα κάγκανα κείται.

Sed palmam stoliditatis praeripit vs. 502:

*ὥς ἄρ' ἔφη, Λητὸν δὲ συναίνυτο καμπύλα τόξα
πεπτεῶτ' ἄλλυδις ἄλλα μετὰ ξροφάλιγγι κονίης.*

Ain vero? Num nihil interest utrum arcum an sagittas appelles? Verum etiamsi hoc demus quod absurdum est, non tamen decuit sagittas *καμπύλας* dicere. Denique quam eleganter vs. 522:

*ὥς δ' ὅτε καπνὸς ἰὼν εἰς οὐρανὸν εὐρὺν ἵκηται
ἄξιος αἰδομένοιο, θεῶν δέ ἐ μῆνις ἀνῆκεν,
πᾶσι δ' ἔθηκε πόνον, πολλοῖσι δὲ κῆδε' ἐφῆκεν'
ὥς Ἀχιλεὺς Τρώεσσι πόνον καὶ κῆδε' ἔθηκεν.*

Ceterum de hoc argumento Lehrsium vide de Aristarcho p. 454. Ejusdem generis est δ 339 et ψ 11, sed hoc obiter.

Si quis rogat cur Apollo vs. 515 intret urbem Trojam quam mox relicturus esset, sicuti legimus vs. 539:

ἀντίος ἐξέθορε, Τρώων ἵνα λοιγὸν ἀλάλκοι,

paratum est respondere, interpolationis finem esse vs. 525. Deinde sequitur quod cum extremo libro undevicesimo conjungendum est de Priamo fugam Trojanorum prospectante, et de fraude Apollinis qui Agenoris specie assumpta Achillem ab urbe avertit, donec portam omnes intraverint. Nihil, nisi fallor, ea ratione ad integrum carmen desideratur. Satis est describere quomodo Achillis virtute Hector ceciderit; nihil attinet copiose exsequi quomodo Achilles omnes *τύπτειν ἐπιξροφάδην*: non magis hoc placere potest quam si quis ambitiose depingere vellet ut Ajax lanii instar oves trucidaverit. Satis autem, opinor, sanguinis effusum erat ante spectatorum oculos; tempus jam erat claudere eos rivos. Sensit hoc interpolator ipse, qui frustra studuit saepius jam repetita novo ornatu commendare et nobis apponit quasi quandam *ἑωλοκρασίαν*. Inde pugnatorum anilis loquacitas, quod vitium in Achille praesertim admodum ridiculum. Inde dii certamini immiscentur, ut *τερατολογίαί* lectorem detineant et tanquam exhausto argumento, ipsa ingenii paupertas fecit ut interpolator cramben recoqueret, additis condimentis quibusdam non nimis sapidis. Eodem pertinet certamen Scamandri et Vulcani: mera ea est allegoria, qualem in vetusta Iliadis parte nusquam me offendere memini.

Unum est quod restat. Potest mirum videri Achillem curru suo relicto hostes insequi. Quoquo nos vertamus, eam certe difficultatem numquam declinabimus, sed Achilles, quem novimus pedibus Hectorem aggressum esse, nusquam dicitur

reliquisse currum, quem tamen immortales equi trahebant. Scilicet latet aliquid quod equidem nondum satis mihi explicare potui. Idaeus quinto libro, caeso fratre, ut fugam capessat, metu Diomedis non currum convertit, sed *ἀπόρουσε λιπὼν περικαλλέα δίφρον*. Dices fortasse id ipsum prohibuisse Diomedem convertere currum, sed cur Antilochum, ut Achilli nunciaret Patroclum cecidisse, *δακρυχέοντα πόδες φέρον ἐκ πολέμοιο*, P 700, cum tamen auriga in vicinia esset, cui etiam arma tradidit, ne scuti pondere cursus retardaretur? Hoc igitur olim aliquis explicabit. Equidem interim Iliadem sic legam:

T 397. ὄπιθεν δὲ κορυσσάμενος βῆ Ἀχιλλεύς,
τεύχεσι παμφαίνων ὥς ἠλέκτωρ Ὑπερίων.

Deinde incipit nova rhapsodia sic:

Φ 526. ἐσῆκει δ' ὁ γέρον Πριάμος θείου ἐπὶ πύργου, κτέ.

§ 72.

Priusquam agere incipiam de antepaenultimo Iliadis libro, ponam conjecturam, de qua deinde videbimus an ea satis argumentis possit stabiliri. Fabula fuit, nisi fallor, olim in Graecia aliquando rixas esse exortas propter virginem raptam inter Achillem et Agamemnonem; Achillem deinde, dum pugnae interesse nollet, donec ei satis factum esset, otiosum sedisse in tentorio; tandem, cum naves iam in eo essent ut ab Hectore incendio delerentur, eum Patroclum suum amicum misisse qui imminentem perniciem averteret; quo caeso Achillem, ut amici caedem ulcisceretur, deposuisse iram, sumsisse arma et Hectorem obtruncavisse. Hanc fabulam ex aliis permultis quae apud Graecos circumferebantur de iis quae apud Trojam gesta erant, elegit poeta, quem nihil obstat quominus venerabili Homeri nomine ab ceteris distinguamus, qui postea ultra produxerunt telam quam ille texere inceperat. Primus ille igitur cantavit iram Achillis, *μῆνιν Ἀχιλλῆος* sed quousque carmen suum deduxit? Argumentum ejusmodi est ut nondum absolutum possit videri post reconciliatam inter duces gratiam; auditores enim omnes necessario cupiunt audire utrum amicum Achilles ultus sit necne. Contra carmen produci non debuit, sicuti in nostra Iliade fit, usque ad Hectoris exsequias; nihil enim ea res ad iram pertinet et Ilias nostra potuisset utique usque ad Trojae excidium perducere vel Achilles interitum, nec tamen quidquam contineret quod minus cum primario argumento conjunctum foret, quam ea quae nunc duobus postremis libris narrantur. Equidem non video ubi poeta desistere potuerit nisi in caede Hectoris. Quodsi autem Iliadem ipsam evolvimus, facile est videre

ubi certe potuerit esse totius operis finis. Caeso Hectore, Achilles ad populum verba facit et paene triumphans sic perorat, X 391:

*νῦν δ' ἄγ' αἰείδοντες παιήονα, κοῦροι Ἀχαιῶν
νηυσὶν ἐπὶ γλαφυρῆσι νεώμεθα, τόνδε δ' ἄγωμεν·
ΗΡΑΜΕΘΑ ΜΕΓΑ ΚΥΛΟΣ, ΕΠΕΦΝΟΜΕΝ ΕΚΤΟΡΑ ΔΙΟΝ.*

Concedet opinor unusquisque accommodatissimum fore Iliadis finem, sed sedulo nunc antepaenultimus liber examinandus erit, num sint quae nos derelinquere cogant quae primo obtutu tam verisimilia videntur. Ceterum ne quem moveat tot pulcherrimorum versuum jactura, primum versus isti nobis non toti peribunt, deinde nihil impedit quominus egregii poetae fuerint qui Iliadem continuaverint. Vetustissimus tamen omnium, quem Homerum appellavimus, solis instar sine exemplo magnus fuit. Etiam si non in animo sit hoc dedita opera ostendere, unusquisque tamen eam rem quam sit vera existimare poterit.

Non agam de iis versibus quos Scholiasta interpolatos esse ostendit; ea est enim eorum ratio ut nihil conferat ad solvendam quaestionem de origine Homericorum carminum, sed si quidem noster liber conjungi debet cum extremo libro superiore, servari non poterunt vs. 46—53, quibus Priamus de filiis loquitur Lycaone et Polydoro, quos Achilles interemit libris Y et Φ, quibus in vetere Iliade secundum ea quae disputavimus, locus nullus erat. Verum quam bene expunctis versibus quos dixi cetera cohaerent! Describam quae huc faciunt: de Achille pater loquitur:

vs. 44. ὅς μ' υἱῶν πολλῶν τε καὶ ἐσθλῶν εὖνιν ἔθηξεν,
κτείνων καὶ περὶ νῆσων ἐπὶ τηλεδαπάων.
54. λαοῖσιν δ' ἄλλοισι μινυθαδιώτερον ἄλγος
ἔσσειται, ἦν μὴ καὶ σὺ θάνης Ἀχιλῆι δαμασθεῖς.

Hoc multo rectius et venustius quam quod hodie legitur. Pater Lycaonem et Polydorum nondum vidit ex pugna reduces; timet ne diem obierint:

vs. 52. εἰ δ' ἤδη τεθνήσκει καὶ εἰν Ἀίδαο δόμοισιν,
ἄλγος ἐμῷ θυμῷ καὶ μητέρῃ τοῖ τεκόμεσθα·
λαοῖσιν δ' ἄλλοισι μινυθαδιώτερον ἄλγος
ἔσσειται, ἦν μὴ καὶ σὺ θάνης Ἀχιλῆι δαμασθεῖς

Quasi praeter alios plurimos qui pugna occubuerant, Lycaonis et Polydori praecipuus quidam dolor foret apud populum tot jam mala perpassum, cf. Ω 257. Memini me in hoc loco haerere multis annis antequam mihi umquam ulla de interpolatione esset subnata suspicio.

Inde a versu 99 verba secum facit Hector cogitabundus ante portam. Redux in urbem metuit civium vituperationes, deinde ita dicit vs. 108:

*ἔμοι δὲ τότ' ἂν πολὺ κέρδιον εἶη
ἀντην ἢ Ἀχιλλῆα κατακτείναντα νέεσθαι
ἢ ἐκεν αὐτὸν ὀλέσθαι ἔϋκλειῶς πρὸ πόλης.*

Itaque manere decrevit. Quam languidi autem versus 111—130, quos deinceps addit! Deliberat scilicet secum num forte Achilli supplicare debeat et spondere Helenam cum bonis olim raptis redditum iri; quasi non quivis hoc temporis momento intelligere deberet sero hoc fieri et quasi esset ea res in Hectoris arbitrio posita. His versibus rejectis, evanescet quoque *ἐπανάληψις*, quae in vetusta Iliadis parte imprimis molesta est, vs. 127:

*τῷ ὀαριζέμεναι, ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε
παρθένος ἠΐθεός τ' ὀαρίζετον ἀλλήλοιν.*

Quae sequuntur sine suspicione leguntur, donec venimus ad versum 165:

*ὣς τῷ τρις Πριάμοιο πόλιν πέρι δινηθήνην
καρπαλίμοισι πόδεσσι. θεοὶ δέ τε πάντες ὄρῳντο.*

Haec optime, sed vs. 167—187 sequitur colloquium Jovis et Minervae. Jupiter se etiam nunc deliberare profitetur utrum Hectorem servare debeat necne; Minerva negat cunctatione opus esse et concedit Jupiter se jocatum fuisse: quasi ea esset apta jocandi materies. Deinde post demum, vs. 209, Jupiter lances sumit quibus utriusque fatum imponit. Praeterea vs. 179—181 translati sunt ex *Π* 441—443 et vs. 186, 187 ex *Α* 73, 74; nam qui octavum librum scripsit, eam interpolationem nisi fallor jam norat: conveniunt quidem *X* 183, 184 et *Θ* 39, 40, uti et *X* 209—212 = *Θ* 69—72, sed quae antepaenultimo non nimis male dicta sunt, ea octavo libro prorsus absurde dicta esse reperies et nostro loco potuit fortasse Jupiter jocari nec *θυμῷ πρόφρονι μνθεῖσθαι*, sed octavo libro quam maxime serio loquitur. Sed satis pellucet imitatio eorum quae sexto decimo libro de Sarpedone aptissime dicta sunt. Homerus non tam pauper fuit ingenio ut bis diceret idem. Sint igitur nobis interpolati versus 167—187, quorum fides imprimis sollicitatur versibus quos dixi 209—213. Ibi dii sunt ea maiestate conspicui, quam Phidias admiratus fuisse dicitur in Jovis descriptione quae primo libro invenitur; interpolati versus Luciano quam Homero digniores sunt.

Si verum est quod supra suspicatus sum, resecari debent omnes loci qui sunt

de Hectoris cadavere. Primo congressu igitur Hector Achillem ita allocutus est vs. 250:

οὐ σ' ἔτι Πηλέος νιέ φοβήσομαι, ὡς τὸ πάρος περ
τρὶς περὶ ἄστυ μέγα Πριάμου δῖον, οὐδέ ποτ' ἔτλην
μείναι ἐπερχόμενον. νῦν αὐτέ με θυμὸς ἀνήκεν
σήμεναι ἀντία σεῖο· ἔλοιμί κεν ἢ κεν ἀλοίην.

Sed quam fert conditionem de tradendo cadavere, id omne interpolatum est, vs. 254:

ἀλλ' ἄγε δεῦρο θεοὺς ἐπιδώμεθα· τοὶ γὰρ ἀριστοὶ
μάρτυροὶ ἔσονται καὶ ἐπίσκοποι ἀρμονιάων.
οὐ γὰρ ἐγὼ σ' ἐκπαγλὸν αἰκιδῶ, αἶ κεν ἐμοὶ Ζεὺς
δώῃ καμμοινήν, σὴν δὲ ψυχὴν ἀφέλωμαι·
ἀλλ' ἐπεὶ ἄρ κέ σε συλήσω κλυτὰ τεύχε', Ἀχιλλεῦ,
νεκρὸν Ἀχαιοῖσιν δώσω πάλιν· ὡς δὲ σὺ ῥέζειν.

Itaque Achilles simpliciter respondet, quod tam immani ira dignum est, vs. 270:

οὐ τοι ἔτ' ἔσθ' ὑπάλυξις, ἄφαρ δέ σε Παλλὰς Ἀθήνη
ἔγχει ἐμῶ δαμάει· νῦν δ' ἀθρόα πάντ' ἀποτίσεις
κῆδε' ἐμῶν ἐτάρων, οὓς ἔπτανες ἔγχει δύων.

Nec fero oratoria illa vs. 261:

Ἔκτορ, μή μοι, ἄλασε, συνημοσύνας ἀγόρευε.
ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὄρνια πιεῖα,
οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν,
ἀλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερές ἀλλήλοισιν,
ὡς οὐκ ἔστ' ἐμὲ καὶ σὲ φιλήμεναι, οὔτε τι νῶϊν
ὄρνια ἔσονται, πρὶν γ' ἢ ἕτερόν γε πεσόντα
αἵματος ἄσαι Ἄρηα, ταλαύρινον πολεμιστήν.
παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκειο· νῦν σε μάλα χρὴ
αἰχμητήν τ' ἔμεναι καὶ θαρσαλέον πολεμιστήν.

Qui versus quantumvis pulchri sint, quod nunc non disputo, tamen Achillem dedecent. Ceterum qui ista addidit de cadavere reddendo, profecit ex iis quae recte ab Hectore dicuntur septimo libro, antequam certamen cum Aiace ineat.

Postquam frustra Achilles jaculatus est, exclamat Hector vs. 279:

ἤμβροτες, οὐδ' ἄρα πά τι, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ,
ἐκ Διὸς ἠείδεις τὸν ἐμὸν μῦθον· ἦτοι ἔφησ γέ.,

sed misere mihi languere videntur quae praeterea declamitat vs. 281—288.

Nihil tamen admodum impedit quominus quis ea in textu retineat. Sed prorsus servari non poterit vs. 323:

τοῦ δὲ καὶ ἄλλο τόσον μὲν ἔχε χρῶα χάλκεα τεύχεα
[καλά, τὰ Πατρόκλοιο βίην ἐνάριξε κατακτάς.],

nam, quod supra ostendi, non induit Hector Patrocli arma. Idem illud demonstratur versibus 368 et 399, quibus videmus Achillem Hectoris armis *potiri*, non recuperare sua.

Denique si quidem vera sunt quae hucusque vidimus, resecari quoque debent vs. 328, 329 et 335—366 nec quidquam Hector moribundus Achillem alloquitur. Postquam hostis cecidit, simplicia verba sunt Achillis triumphantis:

vs. 331. Ἐκτορ, ἀτὰρ που ἔφησ Πατροκλῆ' ἐξαναρίζων
σῶς ἔσσεσθ', ἐμὲ δ' οὐδὲν ὀπιζέο νόσφιν ἐόντα,
νήπιε τοιοῦ δ' ἀνευθεν ἀσσητήρ μὲγ' ἀμείνων
νηρσὶν ἐπι γλαφυρῆσιν ἐγὼ μετόπισθε λελείμμην.
367. Ἡ ῥά, καὶ ἐκ νεκροῦ ἐρύσσατο χάλκεον ἔγχος.

Quid alii sentiant, nescio; sed mihi quidem persuadet hanc solam rationem esse veram, frigidum illud inventum vs. 328:

οὐδ' ἄρ' ἀπ' ἀσφάραγον μελή τάμε χαλκοβάρεια,
ὄφρα τί μιν προτιείποι ἀμειβόμενος ἐπέεσσιν.

Quodsi autem cadaveris ullam rationem poeta habuisset, non addidisset illud de militibus, qui cominus hastis suis Hectorem jam prostratum perforarunt. Novit tamen eos versus poeta Ω 421.

Neque in vs. 392 sana esse judico verba *τόνδε δ' ἄγωμεν* quae molestissime interponuntur. Nihil ἐν τῇ πρώτῃ Ἰλιάδι dictum fuit de cadavere Hectoris. Laudi ducitur, si quis invitis hostibus cadavere potiatur; nunc Trojani dum moenibus continentur, jam victos se esse fatentur et Achilles gloriolam spernit, nec quidquam curat spoliatum cadaver trahere in castra.

Itaque versu 393, sicuti supra dixi, explicit Ilias. Reliqua quominus placeant non intercedo et mihi quoque egregie placent, ita ut tamen Homero ea abjudicanda esse censeam. Pauca addam.

Quod narrat poeta vs. 444 Andromachen jussisse aquam calefieri, si forte Hector ex pugna reversus lavari vellet, quia jam triduum Trojani tetenderant extra urbem, exspectare non poterat maritum mox domum rediturum esse. Praeterea si quidem cuncti tota urbe plorabant, vs. 409, verum esse non potuit illud vs. 447:

ζωκυτοῦ δ' ἤκουσε καὶ οἰμωγῆς ἀπὸ πύργου.

Denique interpolatos judico versus 487—507, pulchros quidem, sed Andromachae personae non nimis convenienter enunciatos. Nihil impedit quominus interpolatus locus interpoletur. Cf. Lehrs. Arist. p. 436.

§ 73.

Non sum nescius quam insigni laude Schillerus in coelum evexerit Iliadis paenultimum librum et manco nihilominus in ea sententia, quam explicavi, ἀθλα ἐπι Πατρόκλη, quia nihil pertineant ad Achillis iram, postea addita fuisse. Nec potest adeo, quae Lachmanni observatio est, noster liber cum superiore conjungi, si quidem nemo probare possit:

X 515. ὡς ἔφατο κλαίουσ', ἐπὶ δὲ σενάχοντο γυναῖκες.
Ψ 1. ὡς οἳ μὲν σενάχοντο κατὰ πτόλιν.

Quodsi autem supra nostra disputatio recte instituta fuit, ne potest quidem admodum vetustus liber haberi, in quo vs. 746 liber Iliadis vicesimus respicitur et vs. 560 et 808 liber vicesimus primus. Sed sunt quoque alia quibus offendor. Quod v. c. de Myrmidonibus legitur vs. 15:

δεύοντο ψάμαθοι, δεύοντο δὲ τεύχεα φωτῶν
δάκρυσι.,

id modum excedere videtur. Nec magis placet de iisdem vs. 109:

μυρομένοισι δὲ τοῖσι φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς.

Novi sane ἀριδάκρυας ἀνέρας ἐσθλοὺς esse, sed etiam vs. 153:

τοῖσι δὲ πᾶσιν ὑφ' ἡμερον ὤρσε γόοιο.
καί νύ κ' ὀδυρομένοισιν ἔδν φάος ἡελίοιο,
εἰ μὴ Ἀχιλλεὺς αἰψ' Ἀγαμέμνονι εἶπε παραζάς.,

Achillis personam non satis aptam judico, qui flentes socios contineat.

Quod legitur vs. 24: Ἐκτορα διον ἀεικέα μῆδετο ἔργα, collatum cum versu 176, mirum debet videri. Nam quod continuo sequitur:

πρηνέα πὰρ λεχέεσσι Μενoitιάδαο τανύσσας
ἐν κονίῃς.,

exigua sane contumelia est post eam quam perpessus jam erat X 395. Sed alibi quoque apparet poetam non satis esse memorem eorum quae ante narrata sunt: nihil prorsus habet de muro et fossa, quibus castra Graecorum circumdata erant, sed vide Ω 443, et quod scribit de cura Veneris, quae corpus Hectoris oleo

unxit, *ἵνα μή μιν ἀποδρόφοι ἐλκυσάζων*, primum hoc non satis convenit cum Ω 19, ubi Apollo qui olim Ψ 188 cadaver nube texerat, nunc *πᾶσαν ἀεικελίην ἀπεχε χροῖ*,

*περὶ δ' αἰγίδι πάντα κάλυπτεν
χουσεῖη, ἵνα μή μιν ἀποδρόφοι ἐλκυσάζων,*

sed, quod caput est totius rei, nimis sero hoc factum est, si quidem Achilles X 398:

ἐκ δίφροιο δ' ἔδησε, κάρη δ' ἐλκεσθαι ἔασεν.,

verum poeta non recordatus est.

Quod legitur de crinibus attonsis in Patrocli honorem vs. 46, 136, 141, mihi quidem parum intellectum est et de versibus 69 sqq. utilis est Kammeri disputatio in libro de Odyssea p. 502.

Admirabile est quod de Iridis ministerio legitur vs. 198 seqq. et denuo deprehendimus obliviosum poetam qui Diomedem et Ulysssem depugnantes facit, nec vulnere meminit quibus etiam nunc laborabant, cf. T 49: conferri poterit de ea mira inconsiderantia Lachmannus p. 83. Ceterum de laude poetæ ceteroquin praeclari nil quidquam detractum velim, dummodo exceperis vs. 798—883. Ineptum pannum splendidæ vestis plane inepto modo esse assutum, ita demonstravit Lehrs in libro de Aristarcho p. 431, ut quidquid addideris nimius fueris.

Nec mihi est propositum agere de Iliadis artificiosa compositione nec viae devetricula quaerenda fuerunt, imo vitanda potius. Unum tamen addam ut hoc quoque exemplo appareat quantum hodie desit ad plenam Homeri intelligentiam. Praemium Achilles proponit vs. 266 equam

ἔξέτε' ἀδμήτην βρέφος ἡμίονον ζεύουσαν.

et alibi vs. 655:

ἔξέτε' ἀδμήτην, ἢ τ' ἀλγίστην δαμάσασθαι.

Credo equidem, nam sexennes bestias domare velle sero est.

§ 74.

Ultimo Iliadis libro quaedam inesse video, in quibus desidero perspicuitatem. Ostendit v. c. Ψ 190, quod nemo mirabitur, Hectoris cadaver in propatulo abjectum fuisse et per duodecim dies mansisse sub Jove: Apollo

*κάλυψε δὲ χῶρον ἅπαντα
ὄσσον ἐπέιχε νέκυς, μὴ πρὶν μένος ἠελίοιο
σκήλει' ἀμφὶ περὶ χροῶα ἵνεσιν ἠδὲ μέλεσσιν.*

Itidem Ω 18:

τὸν δὲ ἔασκεν
ἐν κόνι ἐκτανύσας προπρηνέα.

Alibi tamen, quae res mihi mira videtur, Ω 413:

ἀλλ' ἔτι κείνος κεῖται Ἀχιλλῆος παρὰ νηι
αὐτως ἐν κλισίῃσι,

et vs. 554:

μή μὲ πω ἐς θρόνον ἴζε, διοτρεφές, ὄφρα κεν Ἐκτωρ
κῆται ἐνὶ κλισίῃσιν.

Sanam rationem non agnosco in colloquio Priami cum uxore. Dicit se Jove auctore in castra Graecorum proficisci velle ut filium redimat et rogat quid ei super ea re videatur, vs. 197. Hecuba improbat, tum Priamus vs. 218:

μή μ' ἐθέλοντ' ἰέναι κατερύκανε, μηδέ μοι αὐτή
ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι κακὸς πέλεν· οὐδέ με πείσεις.

Etiam illud difficile dictu est, πηνίκα Priamus profectus sit. Postquam ad Scamandrum pervenit, vs. 351, δὴ γὰρ καὶ ἐπὶ κνέφρας ἤλυθε γαίαν. Deinde obviam fit Mercurius et rogat cur senex iter faciat, vs. 363

νύκτα δι' ἀμβροσίην, ὅτε θ' εὐδουσι βροτοὶ ἄλλοι.

Quo tamen tempore clam castra intravit, περὶ δόρπα φυλακτῆρες πονέοντο vs. 444, nec custodes tantum sed etiam Achilles, vs. 475, νέον δ' ἀπέληγεν ἐδωδῆς.

Sed poterit hoc, fateor, utcunque explicari, excusari certe; verum quoto die ab Hectoris interitu Priamus in castra penetravit? Facile videtur respondere factum id esse duodecimo die; nos habere fidejussorem Mercurium deum dicentem vs. 413: δωδεκάτη δέ οἱ ἦώς κειμένω. Convenit vs. 107. Die post Hectorem occisum Patroeli corpus crematum fuerat; tertio die ludi celebrati; quarto die in deorum concilio, vs. 32, Apollo censuerat Hectoris cadaver patri reddendum esse itaque recte, vs. 107, dicit Jupiter duodecimo die ab Hectore caeso:

ἐννημαρ δὴ νεῖκος ἐν ἀθανάτοισιν ὄρωρεν.

Verum obstat vs. 31:

ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ἐκ τοῦ δωδεκάτη γένητ' ἦώς,
καὶ τότε ἄρ' ἀθανάτοισι μετηύδα Φοῖβος Ἀπόλλων.

Duodecim dies numerantur, uti dixi, ab Hectoris interitu, sed qui hunc locum

primum cognovit vel, ut fit, ad minuta illa non satis attendit animum, antequam pervenerit ad versum 413, necessario opinabitur narrare poetam ea quae in coelo acta sint die duodecimo vel fortasse tertio decimo post ludos in honorem Patrocli habitos. Sed alia accedunt. Post lamentationes Priami, Hecubae et Andromaches, quas superiore libro legimus, mirum est nunc iterum induci a poeta qui nihil molietur inepte, lamentantes mulieres, Andromachen, Hecubam et Helenam. *Post Ψ* fuisset summo utique poeta dignum Casandrae quaedam tribuere, cuius nunc non sunt nisi tres versiculi 704—706. Praeterea quod supra jam videbamus, dii nimis sero, ludis celebratis, corporis Hectoris curam gerunt et poeta non videtur recordari quam contumeliose tribus diebus ante Achilles hostem suum interfectum tractaverit. Versus sunt *X* 402:

τοῦ δ' ἦν ἐλκομένοιο κορίσαλος, ἀμφὶ δὲ χαῖται
κῶάνει πίνναντο, κάρη δ' ἅπαν ἐν κοίρησιν
κεῖτο πάρος χαρίεν· τότε δὲ Ζεὺς δυσμενέεσσιν
δῶκεν ἀεικίσσασθαι ἐῆ ἐν πατρίδι γαίῃ.

Quam recte autem post ista sequetur *Ω* 22:

ὥς ὁ μὲν Ἐκτορα διὸν ἀείκιζεν μενεαίνων
τὸν δ' ἐλαιρέσκον μάκαρες θεοὶ εἰσορόωντες κτε.

Quanta autem fuerit deorum cura circa miserum cadaver, cognoscent sic lectores primum ex Mercurii verbis vs. 414 et simul evanescet repugnantia quam supra notabamus, quum modo Venus, modo Apollo eum honorem Trojano duci habuisse dicatur.

Haec igitur si vere disputavi, qua de re exspecto doctorum virorum iudicia, quia explicit *Ilias X* 393, primum additi fuere versus *X* 394—404 et *Ω* 21—fin. Alius fuit postea poeta qui Ἔολα ἐπὶ Πατρόκλῳ scripsit et, ut omnia rite cohaerent, addidit tres lamentationes extremo libro *X* 405—fin.

§ 75.

Nunc tandem colligemus in unum omne illud quod ex superiore disputatione effici posse videtur. Quod prima paragrapho dixi, mihi videri in *Iliade* Homericæ poeseos tanquam quatuor aetates inveniri, antiquissimam, antiquam, paulo minus antiquam et recentiore, quarum haec octavum fere ante Christum saeculum attingat, de ea re nunc deinceps videbimus quid nobis repertum sit aut certum aut saltem verisimile.

I. Ad primam aetatem refero primum librum, quocum statim conjungam undecimum librum usque ad versum 596, necdum in illo prisco poemate mittitur Patroclus ab Achille ad sciscitandum, quem ille saucium deprehenderit Nestoris curru vectum. Sequitur liber quintus decimus a versu 306—366 et 674—fin. Deinde liber sextus decimus, in quo tamen agnovimus interpolatos versus 56—63, 367—371, 777—782, 800—804, 846—850, nam, quod maxime notabile est, vidimus Apollinem detracta tantum galea Patrocli caput nudasse neque Hectorem Achillis arma induisse, in eo vetusto carmine utique.

In libro qui sequitur, septimo decimo, interpolati versus sunt 184—219, 233—262, 319—383, 423—542, 605—625; sed quaedam pars earum interpolationum satis antiqua est et alteram aetatem attingit.

Eadem fere ratio sequentis libri, ex quo eliminavimus vs. 34—70, 108—113, 130—133, 138—147, 181—201, 333—342, 356—368, 444—456. Nihil enim prorsus in vetusto carmine scriptum fuit de exsequiis Patrocli.

Undevicesimo libro notavimus interpolationes 12—34, 38 sq., 42—53, 78—82, 91—136, 140 sq., 175—178, 187—189, 192—195, 198—241, 247 sq., 282—356, 384—386, 388—391, 398—fin.

Denique pertinet eodem Φ 526— X 393, modo exceperis spurios versus X 46—53, 111—130, 167—187, 261—269, 281—288, 323, 328 sq., 335—366 atque sic explicit Ilias quomodo dixi:

Ἡράμεθα μέγα κῆδος, ἐπέφρομεν Ἑκτορα δῖον.

Itaque nil quidquam in eo carmine lectum est de Hectoris cadavere. Interpolationum autem longe maxima pars non infra quartam aetatem detrudenda est.

II. Sequitur pars antiqua, quae jam mature cum Iliade coaluit: eo refero secundum librum usque ad catalogum, i. e. usque ad versum 483; tertii libri quatuordecim versus priores; sequitur liber quartus inde a versu 422; liber quintus; liber sextus; liber septimus usque ad versum 309. Interpolati versus sunt B 53—86, E 352—431, 508—511, 628—698, 711—792, 868—fin. et Z 119—236 de congressu Glauci cum Diomede. Postquam autem haec cum Iliade contaminata sunt, haud ita diuturno spatio interjecto accessere I 15— \mathcal{A} 421.

III. Aetas paulo minus antiqua comprehendit quae dicam: septimum librum inde a versu 310, exceptis ut aequum est XIX versibus postremis; librum octavum; librum undecimum inde a versu 597, dummodo excipias vss. 665—762; librum duodecimum; tertium decimum; quartum decimum; quintum decimum exceptis antiquissimis versibus, quos supra dixi.

IV. Denique quartae aetati adsignabimus librum nonum; decimum; Υ — Φ 525; librum vicesimum quartum; denique librum vicesimum tertium. Nono autem libro agnovimus interpolationes 135—156, 277—298, 388—416 et 524—599. Poetae ultimi libri dedimus χ 394—404 et Ω 22—fin: brevi post accessere versus χ 405—fin, Ψ , Ω 1—21.

Postquam sic Ilias perfecta est, quaedam accessisse interpolationes videntur, inter quas recensebo septimi libri XIX versus postremos, Γ 524—599, Δ 665—762, χ 487—507 et Ψ 798—883.

Quae hucusque enumeravimus, in iis omnia referuntur ad iram Achillis et composita videntur a variis deinceps poetis eo consilio ut Iliadi insererentur; sed duo video esse fragmenta aliunde assumta. Primum brevi postquam prior pars secundi libri composita fuit, aut poeta fortasse ipse, aut alius quidam *aliunde* intulit in Iliadem *τὴν Βοιωτίαν*, quam tum aliis versibus quibusdam, tum Trojanorum catalogo auxit, ut in Iliade locum suum teneret. Alterum autem fragmentum ejus generis invenio libro sexto, colloquium volo Diomedis et Glauci, cui in Iliade nullus locus satis idoneus potest inveniri. Hujus tamen fragmenti poetam itidem ad antiquam illam quam dixi aetatem retulerim.

Denique si quis quaerit quot fere versus ad eam antiquissimam Iliadis partem pertineant quam investigavimus, respondeo versuum esse fere quatuor milia. Universa Ilias versus habet 15693: itaque nucleus, unde crevit praeclarum poema quod hodie habemus, sex septemve librorum ambitum olim habuit.

Amstelodami.

m. Jan. 1876.

INDEX RERUM.

Praefatio § 1.	<i>Κατὰ τὸ σιωπώμενον.</i> . . . § 3.
Epilogus " 75.	Licentiae metricae " 22.
<hr style="width: 20%; margin: 0 auto;"/>	
<i>A—H, E—EI</i> § 23, 24.	Murus castrorum. " 10.
Accusat. c. infin. " 27.	Navium ordo. " 8.
Achilles summus imperator. " 7.	Negatio cum aor. coni. " 31.
Aes " 18.	Nigri et rufi " 4.
Aoristus pro futuro " 30.	Numerus caesorum. " 4.
Argumenta ex silentio. " 2.	Oratio indirecta " 28.
Aristarchi errores " 36, 37.	<i>᾽Ωθεῖν</i> " 40.
Aristotelis Codex Homeri " 42.	Parricidae. " 4.
Campus Trojanus " 13.	<i>Πέποσθε</i> " 26.
Castra Graecorum " 9.	Platonis Codex Homeri " 42.
Coniuncta separanda. " 35.	Plato emendatur " 42.
Coniunctivus Aoristorum " 23.	Portae castrorum. " 11.
Coniunctivus et Optativus. " 29.	Praesens ἐπ' ἀθανάτων. " 34.
Cyclici poetae " 21.	<i>Πρηγῆς</i> et ὑπτιος. " 15.
Deminutiva. " 41.	Pugnandi ratio. " 14, 16.
Digamma " 22.	<i>Φρόνες</i> " 4.
Dualis numerus " 38.	Sermo artificialis " 22.
<i>Εἶ κεν</i> " 33.	<i>Σύν.</i> " 40.
<i>Εἰλήλυθμεν.</i> " 26.	Talentum. " 19.
Erudita ars Homeri " 27.	<i>Τερατολογίαι.</i> " 6.
Fauna et Flora Homericæ. " 20.	<i>Τιῆ</i> et <i>τευῆ</i> " 39.
Ferrum " 18.	Troia ubi fuerit " 12.
Futura " 25.	Vita heroum privata. " 17.
Infinitivus futuri. " 32.	Vocabula quibus poeta non utitur. " 41.
Historia belli Trojani. " 5.	Vulnerum varietas. " 4.

INDEX LOCORUM.

<i>A.</i> § 58.	<i>E.</i> § 54.	<i>I.</i> § 59.	<i>N.</i> § 63.	<i>P.</i> § 67.	<i>Φ.</i> § 71.
<i>B.</i> " 57.	<i>Z.</i> " 52, 53.	<i>K.</i> " 60.	<i>Ξ.</i> " 64.	<i>Σ.</i> " 68.	<i>X.</i> " 72.
<i>F.</i> " 56.	<i>H.</i> " 50, 51.	<i>Λ.</i> " 61.	<i>O.</i> " 65.	<i>T.</i> " 69.	<i>Ψ.</i> " 73.
<i>Δ.</i> " 55.	<i>Θ.</i> " 45—49.	<i>M.</i> " 62.	<i>Π.</i> " 66.	<i>Υ.</i> " 70.	<i>Ω.</i> " 74.
<hr/>					
<i>A.</i> 60. p. 97.	<i>A.</i> 105. p. 84.	<i>Φ.</i> 477. p. 104.	<i>ζ.</i> 87. p. 109.		
64. " 97.	701. " 130.	<i>X.</i> 120. " 102.	<i>η.</i> 41. " 138.		
291. " 127.	<i>M.</i> 112. " 93.	220. " 106.	182. " 84.		
349. " 128.	411. " 90.	235. " 105.	221. " 97.		
<i>B.</i> 8. " 136.	<i>N.</i> 318. " 90.	<i>Ψ.</i> 773. " 105.	<i>θ.</i> 408. " 135.		
115. " 85.	679 sqq. " 38.	<i>Ω.</i> 88. " 136.	565. " 103.		
<i>F.</i> 112. " 101.	792. " 179.	206. " 133.	<i>ι.</i> 97. " 93.		
172. " 136.	<i>Ξ.</i> 165. " 94.	341. " 109.	366. " 136.		
173. " 128.	214. " 109.	476. " 11.	414. " 136.		
366. " 101.	357. " 135.	526. " 90.	496. " 103.		
453. " 100.	<i>O.</i> 18. " 131.	586. " 98.	512. " 137.		
<i>Δ.</i> 338. " 136.	23. " 98.	667. " 104.	<i>κ.</i> 565. " 90.		
<i>E.</i> 227. " 111.	179. " 103.	<i>α.</i> 90. " 88.	<i>λ.</i> 102. " 136.		
253. " 90.	244. " 124.	97. " 109.	<i>μ.</i> 157. " 96.		
303. " 100.	545. " 104.	190. " 93.	345. " 107.		
729. " 109.	602. " 104.	220. " 133.	<i>ν.</i> 173. " 103.		
787. " 118.	<i>Π.</i> 103. " 84.	313. " 134.	192. " 138.		
<i>H.</i> 308. " 154.	650. " 96.	350. " 134.	<i>ξ.</i> 476. " 139.		
349. " 83.	691. " 131.	392. " 134.	<i>ο.</i> 545. " 107.		
<i>Θ.</i> 246. " 103.	774. " 132.	<i>β.</i> 43. " 97.	<i>π.</i> 386. " 95.		
526. " 118.	830. " 105.	105. " 108.	<i>σ.</i> 91. " 140.		
<i>I.</i> 141. " 97, 106.	<i>P.</i> 626. " 192.	184. " 134.	<i>τ.</i> 109. " 121.		
243. " 97.	<i>Σ.</i> 308. " 96.	373. " 103.	138. " 90.		
245. " 83.	424. " 135.	<i>γ.</i> 60. " 134.	150. " 108.		
399. " 87.	<i>T.</i> 22. " 132.	103. " 135.	<i>υ.</i> 121. " 101.		
<i>K.</i> 136. " 128.	107. " 111.	230. " 135.	<i>κ.</i> 35. " 105.		
281. " 85.	<i>Υ.</i> 85. " 104.	231. " 100.	77. " 95.		
511. " 129.	<i>Φ.</i> 7. " 84.	348. " 121.	<i>ψ.</i> 337. " 140.		
<i>Δ.</i> 15. " 129.	123. " 132.	<i>δ.</i> 775. " 136.	<i>ω.</i> 140. " 108.		
24. " 130.	474. " 136.	<i>ε.</i> 45. " 109.			

PA
4037
.N15

NABER
Questiones Homericæ

SEP 6 1957

PA
4037
.N15

NABER
Questiones Homericæ

SEP 6 - 1957

New book

PA 4037
.N15

CLASSICS LIBRARY

